






GEORGII WILHELMI FREYTAGII

LEXICON ARABICO-LATINUM

PRAESERTIM

EX

DJEUHARII FIRUZABADIIQUE ET ALIORUM ARABUM

OPERIBUS

ADHIBITIS GOLII QUOQUE ET ALIORUM LIBRIS

CONFECTUM.

ACCEDIT

INDEX VOCUM LATINARUM LOCUPLETISSIMUS.

TOMUS PRIMUS.

خ — ا

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

MDCCCXXX.

TYPIS ARABICIS ACADEMIAE REGIAE BEROLINENSIS
IMPRESSUM HALIS IN OFFICINA GEBAUERIA.

FRIDERICO WILHELMO III.

REGI AC DOMINO AUGUSTISSIMO POTENTISSIMO

PATRI PATRIAE

LITTERARUM ARTIUMQUE OMNIUM INGENUARUM TUTORI
FAUTORI LIBERALISSIMO

HOSCE

STUDIORUM SUORUM FRUCTUS

SUMMA QUA PAR EST GRATI

ET OBSTRICTI ANIMI SUBMISSIONE

D. D. D.

REGIAE MAIESTATIS

CULTOR DEVOTISSIMUS

GEORGIUS WILHELMUS FREYTAG.

LITTERARUM ARABICARUM STUDIOSIS FAUTORIBUS PATRONIS

S. P. D.

G. W. FREYTAG.

Cogitanti mihi saepenumero et consideranti, quonam potissimum auxilio linguae Arabicae studium iuvarem, nil mihi aut maius aut utilius visum est, quam edere lexicon Arabicum. Multa enim quum sint huius linguae subsidia, tum illud inprimis necessarium, ut ad verborum sensus discentibus patefiat aditus. Quo subsidio quamquam hactenus non omnino caruimus, tamen lexica Arabica hoc quidem tempore sunt tam rara, ut etiam magnos si quis sumtus ponere velit, eorum comparatio habeat magnam difficultatem. Ego vero non is eram, qui vel laudis studio abreptus, vel nimio mei amore occaecatus tanta tamque difficili in re leve caperem consilium. Videram huius rei amplitudinem et horrueram. Multum igitur et diu quum haesitassem, urgente usus necessitate, adhortantibusque ad opus suscipiendum amicis, eo tandem perductus sum, ut cunctatione abiecta ad ipsam rem accederem. Neque tamen quum opus aggressus essem, curis anxiis liber erat animus; verebar enim, ne aut tempore exclusus, quod pro rei magnitudine nimis angustum praescripserat bibliopola, opus non absolverem, aut, si absolvissem, ob nimiam in perficiendo festinationem incurrerem in reprehensiones virorum doctorum, qui omnibus numeris perfectum si propter nimis angustum temporis spatium edi non possit, totum omittendum suadent. Nec vero vituperandus mihi videtur vir ille honestissimus de evulgando hoc opere meritus, quod me tum ad festinandum impulerit, tum ab opere nimis extendendo revocaverit. Nonne timendum enim, ne, si nimis accrevisset liber, pauci tantum ob sumtus auctos emtores reperirentur, non, si tardior moras facerem, ne alius quis simile quid edendo praeveniret? Neque vero vana prorsus fuit haec cautio. Nam quum statim post laboris suscepti initium me viseret vir summe venerandus Leand. van Ess, certiorem me fecit, se in animo habere, Golii lexicon significationibus, quae in Meninskii opere legerentur, auctum iterum edere. Ac primum quidem virum quum, argumentis a me prolatis, a re litteris vix utili, editori mei operis nocua revocari non posse viderem, acquiescendum putabam sperans fore, ut difficultatibus ab incepto deterreretur; sed quum virum quendam mihi amicissimum de iuvene, cui corrigendi operis negotium mandaretur, litteris interrogasset, bibliopolae, qui mei operis edendi curam susceperat, totam rem commisi. Aliorum autem nomina, qui hac in re elaboraturi aut difficultatibus impediti aut de nostro consilio certiores facti destiterunt, recensere nil interest. Qui autem propter nimis breve temporis spatium concessum omnino rem omittendam censent, iis respondendum puto, melius esse in re necessaria, qualis est nostris temporibus lexici Arabici editio, opus edi omnibus quidem numeris non absolutum, cuius tamen ope studia Arabica et inchoare et persequi possint iuvenes, quam re omissa studium omne et amorem harum litte-

rarum exstingui. Per totum autem mihi concessum temporis spatium semper deditus isti operi perficiendo nihil cupiebam, nisi ut non nimis a virorum doctorum desideriis abesset, caeterisque occupationibus otii tantum suppeditabam, quantum ad animi relaxationem necessarium videbatur.

Quo autem plures sunt ii, qui nec amplitudinis neque difficultatis eiusmodi operis habeant cognitionem, maiorem fortasse in opere nostro tum verborum copiam tum significationum fidem exspectantes, eo magis necessarium videtur paucis exponere, tum quod esse debeat lexici institutum, tum qui sint nostri operis et fines et ratio.

Primum quidem elaborandum, ut ea verborum copia, qua ipsa lingua gaudet, lexici opere contineatur. At quis non videt huius rei magnitudinem praesertim in lingua Arabica? Ea enim lingua non solum ditissima est omnium, sed scriptores etiam protulit paene innumerabiles, qui quum sint diversi et aetate et ingenio et a nostris moribus maxime alieni, non possunt quin sint saepius obscuri. Quare nemo iustus huiusque rei peritus a me quidem omnium totius linguae vocum aut collectionem aut explicationem postulaverit. Qui enim fieri potuit, ut tantam in toto terrarum orbe scriptorum dispersorum copiam perlegerem, quorum etiam nomina tantum abest, ut sint ab Arabibus hanc rem tractantibus recensita, ut magnam partem ipsis sint incognita. Aut quae mihi potuit esse tanta doctrina, ut, etiamsi breve vitae spatium illis perlegendis sufficeret, eorum etiam scriptorum opera recte intelligerem, qui tractarunt disciplinas mihi plane obscuras. Equidem tantum mihi non arrogo. Limitibus igitur arctioribus opus nostrum includi necesse erat, et aequis reique peritis iudicibus me satisfacturum putabam, si ea potissimum verba in opere meo explicassem, quae intelligendis scriptoribus et primae et mediae aetatis sufficerent, quibus iisdem usi esse videntur in lexicis conficiendis Djeuharius et post eum vivens Firuzabadius. Horum igitur operibus iterum iterumque perlustratis, quidquid scitu dignum esset, in mei operis ordinem transtuli; nihil videbatur enim tam consilio nostro aptum, tam conveniens ad usum iuventutis. Simulque non parvam scholiorum veterum copiam aliosque auctores multos magno cum studio pertractavi, plura a Reiskio et Iac. Schultensio ad Golii marginem adscripta in usum meum converti, ut si plures meo opere tum voces tum earum explicationes, quam et Djeuharii et Firuzabadii contineri contendam, nemo hoc arrogantius a me dictum existimaverit. Neque vero cuiusque artis voces proprias, quas dicunt technicas, quarum in lingua Arabica tanta reperitur copia, ut integri voluminis spatium impleat, neglexi, magnumque numerum tum ex grammatica, tum ex arte metrica et rhetorica, tum ex aliis in opus inserui. Sed quum ne ipsis quidem Arabibus doctissimis nota sint earum rerum vocabula, quae cuique arti atque scientiae propria his tantum accommodatum habent sensum, nemo a me earum rerum vocabula explicata postulaverit, quarum doctrina non sum imbutus. Arabes enim quamquam non ipsi multas disciplinas atque artes invenerunt, tamen ab aliis inventas amplificarunt et exornarunt, et vocabulis propriis sive, ut ita dicam, technicis, ut vocum significationes, quae artes aut litteras spectant, accuratius intelligerentur, efficere studuerunt. Istas enim Arabibus usitatas voces ut recte intelligamus, duo requiruntur, unum ut linguam Arabicam bene calleamus, alterum ut simus in iis disciplinis artibusque versati, quarum propriae sunt hae voces. Hoc autem maius quiddam esse, quam ut ab uno viro brevi vitae spatio praestari possit, quis est qui neget? Quanta enim est earum artium multitudo, quas et coluerunt Arabes et perfecerunt? Acquiescendum igitur est in votis, ut quod ab uno viro non peragatur, id plures viribus coniunctis perficiant; magno enim linguae Arabicae, imo multarum disciplinarum atque artium studio esset adiumento, si quae variarum et disciplinarum et artium voces propriae in multis libris dispersae sunt, in lexico collectae et explicatae reperiren-

tur. Sed ut huic desiderio satisfiat, legendi sunt cuiusque artis scriptores ab iis, qui harum rerum periti sunt eo quidem consilio, ut vocabula propria sive, ut ita dicam, technica colligantur et explicentur.

Iam antea dictum, me non id curasse, ut ex omnibus cuiuscunque generis atque aetatis scriptoribus tum verborum tum significationum copiam colligerem, primae me et mediae aetatis potissimam habuisse rationem. Quapropter eas significationes, quas scriptores Persici et Turcici verbis Arabicis subiiciunt, inferre supersedi; voces enim Arabicae, quas vel Persae vel Turcae adoptarunt, tam multum abest, ut in lingua Arabica usitatas conservarint significationes, ut haud raro pro varia utriusque linguae ratione mutatas acceperint. Tu vero, qui lexicon Arabicum omnimodo significationibus augere suades, non videris animadvertere, istae non mere Arabicae significationes quam facile non solum tirones, sed etiam doctos in errorem ducant. Neque enim mihi alia causa, cur ex libris male scriptis, quales sunt versiones tam veteris quam novi testamenti, aut nunquam aut perraro vel formas vel significationes adnotaverim, ne plus noxae quam utilitatis adferre viderer legentibus. Quae vero voces peregrinae aut antiquissimis temporibus, ipse enim poeta celeberrimus Ahscha Persicas admittere voces non dubitavit, ab Arabibus in linguam receptae, aut a bonis serioris aetatis scriptoribus, qualem nominare placet Ebn-Arabschahum, adhibitae leguntur, iis si in libro locus daretur, operae pretium fore putabam. Voces Geographicae nominaque clarorum virorum quamvis sint interpretandis scriptoribus adiumento, tamen extra operis fines posita habui. Eorum enim in libris Arabicis tanta exstat multitudo, ut nec dignioribus quidem concedi possit locus et horum sit difficilis delectus. Nonnulla tamen, quae propter praecipuam dignitatem non omittenda videbantur, in librum meum recepi.

Quid quod nonnullis fortasse non bene factum videtur, quod in verbis construendi modum indicavi, non eundem semper, ut fieri solet, exemplis et dilucidavi et exornavi. Quae res quamquam maximam in iis lexicis, quae partim scribendo partim loquendo adhibentur, habeat utilitatem, tamen omnino non necessaria videtur in iis, quae nihilo paene nisi scriptoribus intelligendis inserviunt. Accedit, quod lexici Arabici tum verborum tum significationum ambitu completi nomine non omni ratione indigni neque moles nec pretium parvum esse potest. Multis autem scriptorum locis adductis et explicatis quum ut moles ita pretium mirum in modum augeatur, fieri non potest, ut emtorum numerus non deminuatur, et equidem non video, quomodo, qui tali in libro edendo sumtus posuerit, detrimento liberetur. Quod detrimentum quo certius caveret, qui operis vulgandi curam susceperat vir honestus, ut statutum foliorum numerum non excederet, conditionem tulerat. Nec vero ego satis mirari queo, quod in duplo, quam constitutum erat, maiore foliorum numero, ea enim fuit viri humanitas, nec edendi operis difficultatem neque vituperationis causam viderit, quae res ut mea ita omnium, quibus cordi hae litterae sunt, laude et gratia digna habenda. Ego vero reprehensionem doctorum non vereor, quod, praetermissis minus necessariis, eos tantum locos adnotaverim, qui aut quia pro linguae Arabicae ratione multum a nostra tum cogitandi tum loquendi modo abhorrebant, aut aliam ob causam omittendi non erant.

Alterum autem est, in quo lexici bonitas cernitur, ut sint significationes verborum extra omnem dubitationem positae. Quae enim in interpretandis scriptoribus veri sensus fides esse potest, nisi verborum significationes sint probatae? Atque in hoc pravitatis genere multiplicis erroris fons latet, qui quo difficilior est lingua, eo largius manat. Haec igitur virtus ut in lexico meo esset, duo mihi erant videnda, unum ut bonis tantum e fontibus haurirem, alterum ut multam in significationibus definiendis cautionem adhiberem. Primum de fontibus lexici mei dicam.

Omnes inter libros, quibus usus sum, primum occupant locum Djeuharii et Firuzabadii opera, quorum ille maiori doctrinae copia, adductis saepius poetarum versibus et significationum auctoribus nominatis opus suum exornavit, hic maiori verborum atque significationum multitudine praestare videtur. In utroque lexici mei fundamentum posui. Licet enim rarissime in Djeuharii opere reperiatur, quod non idem apud Firuzabadium legatur, haud raro tamen ex unius verbis lux quaedam oritur alteri aut dubium removetur. Ipsius quoque Djeuharii verbis interdum vitium a Firuzabadio aut eius editore commissum detegitur. Ut ne vero quis ex Golii opere verborum significationes, easdem quum apud illum legerit, sumsisse me opinetur, non id quidem mihi videtur silentio praetereundum, quod de omnibus Golii, quae maximam partem ex Djeuharii opere collegerit, non nimium confidens Firuzabadii opus inspexerim, collato quoque Djeuharii opere. At vero quum de lexico edendo per litteras viros doctos certiores facerem, hoc mihi erat consilium, ut, in Golii opere mei fundamento posito, vitiosa corrigerem, nova adderem; id enim si fecissem, non parum me in elaborando adiumenti habiturum sperabam. Quae spes multum me fefellit, multa enim quum essent aut addenda aut corrigenda, multa deinde in meliorem ordinem redigenda, tantam mihi res creavit molestiam, ut quod non potius caeteris neglectis, ex Djeuharii Firuzabadiique libris plane nova operis fundamenta jecissem, maxime dolerem. Erat enim, ne negligentiae aut inscitiae vitia e Golii libro in meum irreperent, multum cavendum, ideoque in singulis vocibus denuo adeundus et Firuzabadius et Djeuharius atque retractandus, quo labor meus mirum augebatur in modum. Nec vero illa, quae Golius ex aliis quam Djeuharii aut Firuzabadii operibus adnotaverat, quamquam in ipsa, quia libri ad manus non erant, inquiri non poterat, omnino omittenda putavi et postea, quum, aliqua libri parte typis impressa, pluribus ex hisce aut vitia aut Persicae linguae proprias inesse significationes, cognovissem, fontis nomen, quod prius neglectum erat, addendum censui. Quae etiam in Golii exemplaribus tum Iac. Schultensii tum Iac. Reiskii et Bergii professoris olim Duisburgensis ad marginem adscripta, in rem meam converti, tacere non debeo. Exemplar Iac. Schultensii, viri in hisce litteris versatissimi, in bibliotheca Lugduni Batavorum asservatum, quae erat viri singularis doctrina atque diligentia, multis tum de rebus tum de verborum significationibus, quae potissimum ex libris manuscriptis sumserat, adnotatis auctum erat et ornatum. Alterum quod clarissimi Reiskii fuisse dixi, in bibliotheca Regia Havniae est. Multa cum laude quum in vita Reiskii de isto exemplari praedicasset auctor, tantum me eius potiundi desiderium implevit, ut primum intercedente legato Regio per litteras in nostra Musarum sede utendi veniam rogarem, tum spe frustrata Havniam aditurus iter susciperem. Res ipsa exspectationem fefellit, nimias enim laudes et rem multum superantes esse intellexi. Inerant quidem plura ad marginem scripta, tum scriptorum loci, tum verborum significationes; sed quae erant a viro doctissimo ex codicibus Lugdunensibus desumta, ea maximam partem, quum Lugduni versarer, a me observata erant. Tertius denique Golius Bergii, qui Bonnae in bibliotheca Regia est, multis ad marginem scriptis auctorum iam editorum locis, auctus est, rarius codicum manuscriptorum. Qui autem loci quum significationes aut usu loquendi aut Djeuharii Firuzabadiique auctoritate certissimas nullaeque dubitationi obnoxias spectent, fieri vix potest, ut inde magnum quis capiat commodum. Ego vero viri tantum abest, ut laudes minuere studeam, ut effici non possit, quin eum tam venerer, quam magni aestimem. Alios tamen libros adhibui praeter eos, quos modo nominavi Arabum lexicographos et Ibn-Doraidi opus, quod ad lexicographiam pertinet, quum Lugduni versarer, pervolvi; neque enim mihi tantum, ut totum perlegerem, otium concessum erat. Est maximae auctoritatis liber, quo serioris aevi scriptores multum usi sunt. Duos

praeterea libros haud spernendos ibidem magna cum diligentia pertractavi, unum inscriptum كتاب الأضداد „Liber contrariorum", auctore mihi incognito, in quo vocum significationes in usu loquendi contrariae sibi adnotatae sunt, alterum cuius auctor Abu-Manzur Mauhub ben-Ahmed ben-Mohammed ben-Alchadr, nisi fallor, sexto post Muhammedem saeculo vixit. Collegit auctor et explicavit voces peregrinas in linguam Arabicam receptas. Giggeii me opus omnino neglexisse, Castelli parum tantum in usum adhibuisse, nemo harum rerum peritus vituperabit, quum eorum unus ex Firuzabadii opere librum suum composuerit, alter his quaedam, at non bona semper atque fide digna, addiderit, quid quaeso, potest esse utilitatis in conferendis hisce libris ei, qui tam Djeuharii quam Firuzabadii opus non sine studio atque diligentia pertractavit. Nec mihi erat alia causa, cur plurium, quae ad manus habebam, lexicorum Arabico-Persicorum nullam prorsus rationem habuerim, timebam enim, ne, quas Persae pro ingenii et linguae suae ratione mutarint significationes, cum mere Arabicis commiscerem.

Magno quoque mihi erant adiumento carminum scholia vetera, tum in significationibus accuratius definiendis atque intelligendis, tum in novis inveniendis, inest enim ipsius poetae verbis maximum contra errorem legenti subsidium. Quot autem ex hisce potiundi mihi erat facultas, tot aut tota perlegi aut saltem pervolvi. Quorum mihi haec potissimum mentione digna videntur. Hamasae carminum scholia, tum Hudseilitarum, Djeririi, Motenabbii, Abu l'Ahlae, Ohmari ben-Faredhi, Abu-Tammami, septem carminum, quibus Moallakat nomen est, nec non Meidanii proverbiorum atque Haririi consessuum. In vocabulis propriis sive technicis definiendis usus sum libro تعريفات „Explicationes" inscripto, de rebus, quae ad naturam spectant, qualia sunt plantarum nomina et animalium, Domairii Kazwiniique opera inspexi itemque Forskålium consului.

Me porro ex aliis varii argumenti operibus tum manuscriptis tum typis editis plura in usum meum convertisse, nemo non videbit, qui librum evolverit. Ex hisce nominare placet gravissima illa Ebn-Arabschahi et de Sacyi opera omnia, librum Tochfat-Ichwan Alzafa, historicorum, medicorum opera quaedam aliaque, quorum si nomina loco suo non semper adnotaverim, id, ne rebus utilioribus, speciem doctrinae inutilem non amans, locum eriperem, factum esse censeatis.

Enumeratis libri mei fontibus, restat, ut doceam, quae fuerit utendi ratio. Magna est in significationibus definiendis diligentia adhibenda, cavendum ne specie quadam veri in errorem inducamur. Quae diligentia quum sit in omni scriptore interpretando necessaria, maior tamen esse debet in scriptore Arabico; ut enim quisque est difficillimus intellectu, ita maxime opera danda, ut ad sensum scriptoris penetremus, id quod nonnisi diligentia fit et cautione. Quod quum ad librum nostrum tum recte iudicandum tum adhibendum multum referat et aeque utile sit viris doctis eundem aut amplificaturis aut correcturis, diligentius exponam.

In lexicis et scholiis unam vocem magis usitata altera explicari mos est. Quae res ob significationum miram copiam, magnam non raro exhibet molestiam, quum ex multis eam, quae conveniat voci, eligere difficile sit. In scholiis magnum legenti afferunt scriptoris verba adiumentum, quod non item fit in lexicis, sunt enim nuda lexicographi verba, rarius additur scriptoris locus, ex quo significatio hausta. Id quod a Firuzabadio semper paene neglectum observamus, a Djeuhario interdum factum esse videmus. Adeunda igitur, ut vocis explicationis gratia adscriptae sensum intelligamus, lexicographorum Arabicorum opera, temerarium enim id esset, si quis in tanta tum verborum tum significationum multitudine soli memoriae confidere vellet. Quod vero quominus in singulis semper fiat, nimia, quam adfert, impedit molestia. Evolvendus

igitur aut Castelli aut Golii liber. Qui quum sint errori interdum obnoxii, fit, ut inscii eorum errores in nostrum transferamus. Maxima quidem, hanc ut rem evitarem, adhibita est cura atque diligentia, in rebus dubiis et incertis ipsos semper adii scriptores Arabicos, non pauca sunt correcta. Quae res quo magis appareat legentibus, pauca ex multis eligere liceat exempla.

Golius sub radice جدل sensum vocis جديلة non bene intellexit, et duplex in interpretandis Kamusi verbis vitium commisit, unum, quod vocem الحَيْض enunciavit, alterum, quod eandem ab antecedentibus, quibuscum coniungenda erat, separavit. Quae sunt Kamusi verba الجديلة ......وشبه اتب من ادم ما يأتزر به الصبيان والحُيَّض, eorum hic est sensus: „*Vox* جديلة *ei, cui* اتب *nomen, similis est res, corio confecta, qua pueri et menstrua patientes tanquam cingulo utuntur.*" Ille vero quum vocem falso enunciatam a praecedentibus separaret, factum est, ut *menstruorum* significationem eidem tribueret. Tum quoque Golius voci اجرد significationem *solus*, *solitarius obivit peregrinationem etc.* inesse putavit; sed non est dubium, quin, quae in Kamuso leguntur verba والحج افرده ولم يُقْرِنْ, ad vocem جَرَّد pertineant. Ut vero in forma verbi, ad quam Kamusi verba referantur, erravit, ita in vocis significatione definienda rectum non vidit. Sub voce فرد nil, quo illa vox explicaretur, inveni; sub voce قرن haec tantum leguntur وقرن بين الحج والعمرة قرانا كاقرن لغيّة „*Simul rei* حج *et* عمرة *appellatae officiis satisfecit, nomen actionis est* قران, *minus vero probanda est forma verbi quarta eodem sensu adhibita.*" In his aeque et in iis, quae ex Meidanio Golius sub voce مفرد attulit, erat suspicionis causa. Apud Haririum in scholiis p. 523 recta huius vocis explicatio legitur. Ex Djeuharii libro Golius vocibus ذو جرز *duri*, *crassi* significationem tribuit; sed in nostro, quo usi sumus, huius operis exemplari omnino desunt, in Kamuso ذو جراز leguntur. In explicanda voce جريف Golius voce Persica بيشه seductus fuit, non enim videtur *artis*, sed *densi et perplexi* significatio tribuenda, tum in Djeuharii opere frustra quaesivi. At vocem اجفا interpretatus est Golius verbis *secutus sectatusve fuit pecora nec pascere sivit.* Aut hic error ex vitiosa Djeuharii lectione ortus, aut quoniam Golius vocem اتبع altera cum voce اتعب permutavit; legitur enim in meo Djeuharii codice قال ابو زيد اجفيت الماشية فهى مجفاة اذا اتعبتها ولم تدعها تاكل „*Refert Abu-Saidus, verba* اجفيت الماشية *significare: Fatigasti iumentum moram vorandi non concedens. Tale iumentum appellari* مجفاة". Tum Giggeius et Castellus Firuzabadii verba والزبون الغبى والحريف مولد non bene intellexerunt. Vitium inesse iam vidit vir illust. Silv. de Sacy (*Chrest. Arab. T. III. p.* 186 *ed. alt.*), quem tanquam magistrum pio veneror animo, neglexit autem adnotare pro voce الحريف legendum esse الخريف, cui opinioni favet locus in Kamuso Turcico وزبون شاشقين وغبى ونادان ادمه دينور وبو مولد در يقال رجل زبون اى غبى وخريف.

Insunt quoque lexicographorum libris vitia quaedam aut ab auctoribus ipsis aut a scribis iisque, qui iis typis imprimendis curam gerebant, commissa, quae quo sunt leviora atque occultiora, eo difficilius deteguntur, praesertim, quum in huiusmodi libris vitiorum suspicio perraro in mentem incurrat. Quid, quod uno tantum Kamusi exemplari, editione Calcuttensi usus, conferendi codicis copia carebam? Magnam inde molestiam perpessus quum essem, in benignitate viri clarissimi Wilkenii bibliothecae Regiae Berolini praefecti solatium mihi exstitit, misit enim ad me Bonnam Kamusi exemplar Turcicum et quantum saepius in locis dubiis inspicienti mihi profuit, tantum viro illi debeo. Djeuharii exemplar ex bibliotheca Gothana, cuius usus amicitia atque benignitate doctissimi Moelleri, viri de nostris studiis optime meriti, concessus mihi fuit. Septem multum diversis partibus constat, non omnibus aeque bonis nec non destitutis maximam par-

tem vocalibus, ut facere non possem, quin saepius Djeuharium Turcicum, qui est in Academiae nostrae bibliotheca, adirem. Ne vero quis, in Kamuso Calcuttensi reperiri vitia, temere dictum a me existimet, idcirco exemplis rem illustrabo adparebitque magnam in utendo adhibendam esse et diligentiam et cautionem.

Vox مجدل explicata est voce altera قصير, quae *brevem*, *parvum* designat; Golius vero *arcis* قصْر significationem tribuit voci Djeuharii auctoritatem secutus, cui ut accederem movit me tum poetae Alcomaiti versus:

كسوتُ العلافيات هوجا كانها مجادل شد الراصفون اجتدالها

„*Sellas Ihlafiticas imposui camelis celeribus, quae arcibus firmiter ab aedificatoribus constructis similes sunt,*"

tum alter ab eodem Djeuhario adductus poetae Alachschae:

في مجدل شُيّد بنيانه يزل عنه ظفر الطاير

„*In arce ita firmiter aedificata, ut aves in eius muros ungues immittere non possint.*"

Vocis مُجْدَوني in Kamuso scriptionem esse falsam probat versus a Djeuhario adscriptus:

الستَ بمُجْدَونٍ على الرحل دائبٍ فما لك الا ما رزقتَ نصيبُ

„*Nonne es abruptus, super sella lassus? Tum non est tibi portio, nisi quae dono datur.*"

Sub radice حجر voces واحتجر به explicatae sunt verbis التجأ واستعاد; ego vero non dubito, quin sit استعاذ legendum. — Vocabulis حسف et حسيف explicandi causa adposita sunt verba جوش الحيا; rectum est جَرْش. Sub eadem radice ex verbis كفرح اجن وحسك, unum اجن in احن mutandum est. Quae sub radice حطم legitur vox حاطوم explicata altera voce حاضوم, ea voce هاضوم explicetur. Vox تَجَزُّق illustrata est altera تَنَقُّق; recta autem est scriptio تَنَقُّد. Vox جلحب cum derivatis mutetur in جلحب. Mutandum quoque المخمّر, quod post حاكل est, in المخمّس, et sic in Kamuso Turcico legitur. Vocem جليحة reddidit auctor verbis مخص بالسمن, quis autem est, qui non legat محص بالسمن? Vocem خلق explicatam invenimus voce شكل, cuius rectior scribendi modus est ثكل. Sub radice حك pro voce ادلاء *viles*, *contemti* scribatur ادلاء *viae duces*. Tum Kamusi auctor vocem حفمة voce نَوْمة explicavit, qui scribendi modus et a Golio in appendice indicatus est, nihilominus legatur بومة. Huiusmodi vitia ut propter usum scripturae Cuficae orta videntur, ita quoque, ut opinor, eadem de causa, voces احتزل et احتزك, adnotante Firuzabadio, permutantur. Post vocem خربْ pro voce لْجَفْ legatur لحف. Sub radice خرق sunt, ni fallor, verba او اذا بلغ ستة اشهر او سبعة اشهر in locum falsum translata. Sub radice خرم tria sunt corrigenda, unum خَرَزَة, pro quo خُرْزة legatur, tum non recta videntur verba والاخرم ومنقطع العين, quum desideretur rectus coniungendi modus, denique pro مخرم السيل legatur مخرم السيف. Sunt verba وبالتحريك حجر كالدوم

والخزام كشداد بايعه sub radice خزم, quibus nisi inest vitium, non bene locata ea sunt, non enim potest referri vox بايعه ad شجر الدوم; referatur potius ad funes, ut qui eos vendat, خزام nomen gerat. — Sub radice خصف linea quarta والجزور vitiose scriptum est pro والجرور. Voces ايام الخافقات sub radice خفق explicavit auctor verbis ايام تناصرت بها النجوم, pro quibus legatur necesse est ايام تناثرت من الطعام اخر طعمه وبالفتح. Pagina 1157 linea decima sub radice خلف sunt verba بها النجوم ج كصرد وذهاب; legendum autem videtur اخر طعمه ج كصرد وبالفتح ذهاب; pluralis enim خُلَف pertinet ad خُلْفة. In explicanda voce جبيلة vox المنهبة scripta est pro المنهبطة. Legas porro sub radice حرم pro شهر الله الاصب, quae falsa est lectio, شهر الله الاصم. Non minus falsum est, quod legitur vocis حروم explicandae causa adscriptum الناقة المعتاطة الرحم; legendum est المعتاصة الرحم. Apud vocem حَشْر scriptum reperitur خَلاء pro جلاء, et sub radice حشم legis حَشْماء pro حَشَماء. Vocem حصان altera دِرّة explicatam legimus, talis autem est in Kamuso Turcico huius vocis explicatio, ut دُرّة enunciandum esse appareat. Vox autem مِحْصَن, quae *canistrum* (زِبّيل) designat, voce زِبيل *fimus* illustrata est. Quae vocis احتضّ explicandae gratia adscripta legitur vox انْتضّ, ea in ابتضّ mutetur. Vocis جحأ sextae coniugationi تحاجأ Kamusi auctor tribuit sensum ان يورّم استه ويُخرج موخره الى ما وراءه; sed magis convenit verborum sensus اذا تورّم وخرج استه, qualia sunt in Kamuso Turcico adnotata. Tum Kamusi auctor vocem خُرّ reddidit verbis حية مدورة; sed non est dubium, quin sit legendum, حبة مدورة. Sub radice خفر pro تشوير legas تسوير, sub خلص in locum vocis نشّط substituas تشظّى. Denique sub radice خمر sunt verba والم الحمى وصداعها, quae non sunt, quin mutentur in والم الخمر وصداعها. Sed lectores ne fatigem, sufficiant quos enumeravi locos tum ut intelligatur, plura esse in Kamusi opere vitia, tum magna opus esse et diligentia et cautione ad ea detegenda atque corrigenda.

Atque etiam alia sunt in lexicographorum libris silentio non praetereunda, quorum primum est, quod plura aut nimis breviter aut non satis dilucide explicaverunt auctores. Sub radice حدل Firuzabadius scripsit حدل الحب فى السنبل اذا وقع, quibus in verbis, quid velit وقع, dubitare licet. Magis aperte Djeuharius قوى scripsit. Neque autem sub voce الخندل facilia sunt intellectu verba ما يقله الرجل, nec, quibus vox الحوادى illustratur الله تجدو فى سيرها كانها تقلع. Non minus obscurum est توصل in verbis اذا لم توصل, quibus, quid sit رحم جذاء significare studet, nil enim sub radice وصل, quo huius formae sensus aperiretur, inveni. Vox جمام altera راحة redditur, sed num *vola manus* sit, quae est vocis magis usitata significatio, an *quies* origini magis conveniens, in dubium vocari potest. Non minus quoque legens erit incertus, quae sit ultima vocis حوق significatio. Quibus autem de rebus remanere videbatur dubii locus, addere auctoris verba, ut alii et rectum videre et errorem detegere possent, non neglexi.

Tum sunt in Firuzabadii opere, quae quo pertineant, non facile est dictu; sed uno tantum exemplo, quod prae manu statim incurrit in oculos, dilucidare rem placet. Sub radice جر quae sequuntur verba leguntur والجراجر الضخام من الابل واحدها الجرجور وبالضم الصخاب وجرجرايا ع والكثير الشرب والماء المصوت. Quod si his in verbis loci rationem habes, ad vocem جرجرايا referendae sunt significationes duae posteriores, quod quum fieri nequeat, ad vocem جراجر vocali Dhamma enunciandam spectent, necesse erit.

Sunt denique in Arabum lexicis, quae, quum essent Arabes lectores, ad unum omnibus nota, explicare operae pretium non habuit auctor, adscripta voce معروف *nota.* Ita vocis سويق minus usitata vini (خمر) significatio adscripta est, caeterum addita voce معروف *notum.* Quae res non potest, quin interdum paret legenti molestiam. Kamusi auctor voces جذيذ et جذيذة altera voce سويق explicavit et Golius conservata voce سويق addidit *Frumentum decorticatum confractumque*, tum vocem ipsam سويق reddidit altera *polenta*, *ptisana.* At vocem جرب omnibus notam habere significationem dicunt, nec non جاورس esse granorum nomen, quae omnibus nota sint.

Quid quod in tanta tum verborum tum significationum multitudine, in frequenti verborum usu poetico aut nesciunt lexicographi aut saltem dubitant, quaenam sit tribuenda voci significatio. Solent enim hanc propter causam interponere pluribus vocis significationibus particulam او *vel*, quam in libro meo retinendam esse censui. Ex exemplis paene innumerabilibus, ne lectores copiae taedium capiat, unum tantum eligere placet. Sub radice جربذ leguntur verba وفرس مجربذ القوايم كذلك او هو القريب القدر فى تنكيس الراس وشدة الاختلاط مع بطء احازة يديه ورجليه او هو قرب السنبك من الارض وارتفاعه. Quatuor attulit auctor verba فرس مجربذ intelligendi modos, ex quibus qui rectus sit, haerere videtur. Quod qui auctorum ignorantiae tribueret, vehementer erraret, in linguae enim ditissima ambiguitate positum id esse, ut ex aliis ita praecipue ex loco carminis celeberrimi Caabi in laudem Muhammedis dicti apparet. Versu vicesimo quinto camelam describens verbis قنواء فى حرتيها usus erat poeta. Quae audiens Muhammedes quum interrogasset socios de sensu vocis حرتيها, pars tacuit, pars oculos esse dixit. Ipse Muhammedes aures significari voluit.

Tractanti autem scriptorem, sive Arabs hic sit, sive non sit, ut novas in eo verborum significationes detegat, eadem quam in lexicis, haud scio an maior etiam diligentia adhibenda sit atque cautio. In rebus naturam spectantibus Domairii et Kazwinii opera adhibuisse me dixi. Cernitur autem in scribendis nominibus tum plantarum tum animalium obviorum in codicibus Arabicis versionibusque Persicis, quos Parisiis aut Lugduni Batavorum inspexi, tanta diversitas, ut qui sit rectus enunciandi modus haud facile intelligatur. Nec quae Forskålius in libro suo adnotavit, tanta, quantam optare licet, fide gaudent. Quam habuit vir immortalis rerum profundam cognitionem, non eandem possedit linguae Arabicae, ut in scribendo, aut quia male audierat, aut ab Arabibus imperitis seductus, gravissime saepe laberetur. His quodammodo consentanea leguntur verba celeberr. Sprengelii in *historia rei herb. T. I. p. 238.* „Olim quidem credidi, Forskålei et Niebuhrii opera summum posse auxilium adferre, siquidem arabica nomina ipsa plantarum indici copioso addiderint. Curatius autem examen docuit, non magna inde speranda esse, quum nomina plantarum fere ubique alia sint, ac ab Arabicis scriptoribus usurpantur." Quam autem rei causam in una tantum re vidit vir doctissimus, ea in pluribus simul posita videtur, et non possum, quin alia esse plantarum, addoque animalium, nomina in aliis regionibus plane assentiam.

Videndum quoque, ne in significationibus verborum novis admittendis temere assentiamus, ut enim quaeque lingua ditissima est et verbis et verborum significationibus, ita quisque in interpretandis scriptoribus facillime errat. Ut vero, si alios temere sequimur, periculosum, sic non erit laudandum, si in Arabicis scriptoribus novi nimis cupidi significationes quaslibet novas detegere studemus. Magna est prudentia atque cautio adhibenda, saepius repetenda rei inquisitio. Quapropter lexica Arabica et carminum alio-

rumque librorum explicationes perquirere, quam in legendis scriptoribus, ut novas invenirem significationes, tempus consumere ratius duxi. Si probatae mihi videbantur significationes, nudas eas adscripsi, sin minus, verba auctoris addidi.

Tertium est, quod lexicographo observandum videtur, ut accurate atque dilucide, non multis sed rei aptissimis verbis significationes definiat, ne ulla legenti de sensu dubitatio relinquatur; plurimi enim existimo interesse ad scriptoris verba recte intelligenda, significationes a lexicographo definitas non vagas esse, sed accurate et distincte explicatas. Id vero quum in quaque lingua difficillimum sit, tum ab eo, qui lexicon Arabicum conscribit, in omnibus sine ulla exceptione vocabulis nec exigi potest neque praestari. Quid quod ipsi Arabes in multarum vocum significatione definienda dubitant et haesitant? Accedit, quod rei difficultas multum augetur quum vocis ambiguitate, tum nostra multarum rerum ignorantia. Voci Arabicae شجرة, ut paucis rem patefaciam, tribuenda est significatio *plantae cuiusvis, cuius super terram elatus truncus varios in aërem dimittit ramos*, maxime *arboris*. Quod si igitur Arabum lexicographi aut plantam aut arborem, mihi plane ignotam, voce شجرة designant, quid quaeso potest esse causae, cur unam aut alteram vocis significationem praeferam? Arabum autem lexicographos, quum et ipsi accurata rerum cognitione carerent, nec accurate neque dilucide tales res potuisse definire, quis est, qui non videat? Nec vero est minor difficultas in describendis membris partibusque corporis tum in homine, tum in equo, camelo caeterisque animalibus, partim enim ambiguae sunt voces Arabicae, qualis est vox عرق tam *venam* quam *nervum* designans, partim negligentius a grammaticis descriptae, quam quae a nobis accurate definiantur. Et breviter tantum tangere has ipsas res consueverunt Arabum scriptores. Iam vero quantum distat lingua Arabica ab ea, per quam interpretis munere fungi debemus! quam diversi sunt mores totaque et sentiendi et cogitandi et loquendi ratio Romanorum ab ea, quae apud Arabes est! Ita fit, ut non solum singulis vocibus interpretandis saepius desint apta in lingua latina verba, verum etiam, ut totae res in ipsa lingua Arabica facilius intelligi quam in aliena lingua explanari possint. Ubi igitur res aut dubia aut accurate dictu nimis difficilis videbatur, Arabica addere placuit. Eademque causa, quum rei potius quam verborum habenda esset ratio, impulit ut in verborum interpretatione a Romanorum loquendi modo non raro recederem, cui rei veniam dent lectores benevoli!

Quarta autem, quae restat, lexicographo minime negligenda res, in eo posita est, ut sit verborum atque significationum aptus ordo. Duplex in verbis disponendis adhiberi potest modus et ordo, unus ut seriem litterarum sequamur, alter, ut originis habita ratione, quamlibet vocem radici, e qua originem duxerit, adiungamus. Illa disponendi ratio quamvis facilior est et quaerendi molestiam utenti levat, tamen alteri praeferenda non videtur. Haec enim statim ab initio discentem quum ducat ad vocum originem et significationum causas indagandas, doceatque, quam in formandis vocibus secuta sit lingua rationem, tum memoriam multum adiuvat. Etsi vero non eandem haec in quaerendo praebet facilitatem, fieri enim potest, ut quae sit vocis origo, dubitare liceat, tamen, tot et tanta quum discenti paret commoda, in libro meo adhibendam putavi, sperans fore, ut quae vel minus probanda accidissent, excusationem vel necessitatis vel opportunitatis haberent. Huic alter, qui sequitur litterarum seriem, subiunctus est ordo, ut quae e radice derivandae essent voces, eae in litterarum seriem disponerentur. Qua in re quam ego viam ingressus sim, paucis dicendum videtur. Primum id studui, ut quae origine

proximae essent radici, voces, proxime sequerentur eam in verborum serie. Ceteras igitur omnes antecedunt voces, quibus sunt tres litterae, tum sequuntur voces quatuor aut plures habentes, denique sunt positae voces in initio una littera auctae. Radicibus quibus sunt quatuor vel quinque litterae, proprium, litterarum ordinem conservans, locum concessi, putabam enim fore, ut si a recepto ordine recederem, quaerendi facilitati consulerem, et quamquam earum plures a verbis, quae tribus litteris constant, derivantur, plures etiam sunt, quae diversam rationem sequantur. Ut vero in litteris ordo est adhibendus, ita in vocalibus non negligendus. Antecedunt ex vocibus eodem litterarum numero gaudentibus quae una vocali enunciantur; quae duabus vel pluribus, sequuntur. Primo loco sunt positae voces, quibus est vocalis Fatha, tum sequitur vocalis Kesre, denique vocalis Dhamma et hoc quidem modo 1) فَعْل, فِعْل, فُعْل; 2) فَعَل, فَعِل, فَعُل; 3) فِعَل, فِعِل, فِعُل; 4) فُعَل, فُعِل, فُعُل; nec aliter in ceteris.

Sed exposito verborum ordine, deinceps de significationibus dicendum est. Quibus in disponendis est ratio duplex, nam aut e radice aut una ex altera sunt derivatae. Utriusque ratio habenda, ut quemadmodum sint derivatae, ipso ordine adpareat. Anteponenda significatio princeps, significationes inter se cohaerentes loco coniungendae et quo magis absit a radice significatio, eo remotiorem habeat locum. Id quam sit difficile factu, neminem Arabicam linguam callentem fugiet, est enim saepius significatio, quam dixi esse principem, aut omnino deleta, aut ita mutata, ut cognosci nequeat. Significationes ipsas derivatas tanta interdum subiit mutatio, ut quominus eius cum principe cognationem intelligamus, impediamur. Tum disparentibus ex significationum serie pluribus, derivandi ordo non raro interruptus est. Collatis quidem inter se dialectis cognatis, fieri potest, ut quae in una deleta sit significatio princeps, in altera adpareat, sed quam sit id incertum et periculosum, sexcentis iam dudum probatum fuit exemplis, incidit enim in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Et profecto qui vel in lingua Hebraea vel Arabica id perficere tentarunt, infelicis eventus exemplis nos monere atque deterrere debent. Multo vero rem esse difficiliorem in lingua Arabica, quam in alia quacunque, tum ex eo, quod maxima est significationum multitudo, tum quod parum inter se nexu cohaerent, intelligitur. Gens Arabum ante Muhammedis tempus divisa in varias tribus, quae quum magnam terrarum Orientis partem incolerent, ut vivendi ratione sic moribus discrepabant. Quot igitur tribus, tot linguae Arabicae dialecti, et fieri non potuit, quin, qui variam in diversis regionibus et climatibus vivendi rationem sequerentur, variam quoque et vivendi rationi accommodatum loquendi modum excolerent. Multum quoque fecit ad varias linguae Arabicae dialectos excolendas atque exornandas, magnus, qui inter singulas tribus florebant, poetarum numerus, quorum quisque pro ingenii sui ratione, varie locupletavit linguam. Ita factum, ut lingua Arabica immensa verborum copia, nulli nisi poetis usitatorum gaudeat. Quas autem diversas Arabum tribus quum Muhammedes in unum populum coniunxisset, istarum dialectorum diversitas paene sublata fuit, et Muhammedis lege, Alkorano scilicet, quam omnes probabant, Koraischitarum dialectus regnavit, ita ut in istam ceterae omnes tanquam in ramum surculi insererentur. Hinc igitur tanta tam verborum, quam significationum immensa multitudo, qua lingua Arabica locupletata, imo obruta est, hinc illa in disponendis significationibus maxima difficultas. Plures enim saepissime ex illis dialectis ortae sunt significationes principes, multumque inter se discrepantes, plures quoque significationes derivatae, quae cum illa principe non cohaerent. Ex quo facilius intelligitur, non posse omnes huius

linguae et formas et significationes, quia derivandi modus lateat, disponi, quemadmodum derivandi naturae conveniat. Et fuit mihi interdum probabilis causa, cur ab accepto ordine paulo recederem et verba ipsis nominibus, e quibus originem duxerint, anteponerem, tum quo facilius in oculos quaerentibus incurrerent, id studui, ut, quae essent significationes magis usitatae, fieri si posset sine noxa, caeteras loco praecederent.

Atque haec quidem hactenus. Patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile in adhibendo libro, quod cuique sit agendum videre. Tibi autem, Vir doctissime, carissime Roedigere, non possum quin praefationi finem facturus pro eo, quo corrigendi muneri praefuisti, singulari studio atque diligentia gratias agam amplissimas. Quas ego Tibi persolvere non possum gratias variis in opus meum meritis Tuis satis dignas, eas in conscientia pulcherrimi facti inque omnium eorum, qui his litteris favent, grato erga Te animo percipias! Vos denique omnes litterarum Arabicarum amantes, fautores, patronos etiam atque etiam rogo atque oro, ut libro cum diligentia utamini, vitia in eo commissa corrigatis mihique erratorum veniam humaniter atque benevole detis. Valete.

Scripsi Bonnae Calend. Febr. MDCCCXXX.

ا Littera *Alif* in lingua Arabica vario usui inservit, eamque ob causam a grammaticis Arabum variis nominibus appellatur, quae afferre a re alienum non erit. 1) Primum aut a) أَصْلِيَّةٌ *Radicalis* ut in voce أَمَرَ aut b) قَطْعِيَّةٌ *Separabilis* ut in voce أَحْسَنَ aut c) وَصْلِيَّةٌ *Coniungenda* ut in voce أَسْتَغْفِرُ appellatur. Tum 2) pro vario in lingua usu varia accipit nomina a) فاصلة *Separans* in voce بعدوا, quod litteram Pluralis notam a sequente separat, ne pro copula و habeatur, et in voce اِفْعَلْنَانِ, in qua ea utrumque ن disiungitur; b) الف العبارة et عاملة *Significans* vel *efficax* ut in verbis أَنَا أَسْتَغْفِرُ اللّهَ; c) contra المَجْهُولة *Ignorata* ut in formis فاعل et فاعول, in quibus nil nisi vocalem *A* longiorem reddit; d) الف العوض *Vicem explens* quia loco Nunnationis est ut in عَبْدًا pro عَبْدٌ; e) الف الصلة *Coniungens* quia Vocalem *Fatha* in fine versus cum littera antecedente coniungere dicitur ut in voce الصَّمِيرَا; f) الف النون الخفيفة *Alif levioris Nun* ut in voce لَنَسْفَعًا; g) الف الجمع *Alif Pluralis* ut in vocibus مَسَاجِدُ , جِبَالٌ; h) الف التفضيل والتقصير *Alif praestantiae et defectus* ut in his أَجْهَلُ مِنْهُ et أَذَمُّ مِنْكَ; i) الف النُّدْبَة *Alif planctus* ut in وَا زَيْدَاهُ; k) الف التانيث *Alif feminini* ut in vocibus حُبْلَى , حَمْرَاءُ; l) الف التَّغَابِي *Alif negligentiae*, quam aliquis adhibere solet, inceptum sermonem territus abrumpens ut in verbis إِنَّ عُمَرَ آ utique Ohmar ah....; m) الفات المَدَّات *Litterae Alif extensionum* ut in compluribus vocibus ut كَلْكَال pro كَلْكَل, خَاتَام pro خَاتَم; n) الالف المحوّلة *Alif permutatum* nempe ex littera و vel ى ut بَاعَ pro بيع et قال pro قوم; o) الف التثنية *Alif Dualis* ut in يذهبان etc.; p) الفات الوَصْل *Litterae Alif Coniunctionis* ut in pluribus vocibus sicut ابن , ابنة , امرأة , اسم etc.

أ *Particula a voce sequente inseparabilis* 1) *Vocandi particula* (الف النداء); *sed tantummodo usurpatur, quum is, quem advocas, in propinquo est* O, heus! 2) *Particula interrogandi* (الف الاستفهام) Num, an; أَكَذَا Itane? *significat vero* Utrum — an, sive — sive, *si* أم *sequitur. A poetis* ا *interrogationis omittitur. Post hanc particulam* ف *et* و *saepius pleonastice ponitur* أَوَلَا , أَفَلَا , أَلَا Nonne? أَفَمَنْ Num quis? أَوَلَمْ *et* أَوَلَمَّا An non? an nondum?

آ *vel* أَا 1) *Particula eminus vocandi* Heus, o, 2) *particula deridendi* Hui, vah.

أَآءٌ *et* آءٌ Sonus آ 2) *Coll. nom. unit. c.* ة Nomen fructus, quo coria inspissantur (*non est nomen arboris ut Djeuharius dicit*).

آحِ *et* أَاحِ *Vox quae ei dicitur, qui rem non vult*: Apage, Vah.

آحِ Sonus tussientis.

آحٌ *et* أَاحٌ *pro* إِيَاحٌ Albumen ovi.

أَارْغِيسُ Cortex radicis oxyacanthae sive berberis. *Vox barbar.*

آسٌ *Coll.* Myrtus, Reliquiae, vestigia rei, Sepulcrum, Socius, dominus.

أَاطْرِيلَال Gingidii species.

أَبَثَ *F. i.* Probrosis verbis traduxit, convitiatus fuit eum *apud regem c. acc. p.* et *c.* على *p.* b) أَبِثَ *F. a.* Potu lactis camelini inflatus et quasi inebriatus fuit (vid. أَبِتَ).

أَبِثٌ Protervus.

أَبَاثَى Satiati et procumbentes cameli.

مُؤَتَّبَثَةٌ Uter qui impletur lacte et tum relictus intumet.

أَبْجٌ Aeternitas, saeculum.

أَبْجَدُ Vox ex quatuor primis alphabeti litteris ordine antiquo dispositis facta, qua Alphabetum significatur.

أَبَخَ (*pro* وبخ) *n. a.* تأبيخ Reprehendit *c. acc.*

أَبَدَ *F. i. o.* 1) Ferum et a consuetudine alienum evasit *(animal)*, pavidum indomitum fugit; 2) *F. i. n. a.* أُبُودٌ Substitit *aliquo loco c.* ب *l.*; 3) Perennavit; 4) Difficile et haud intelligibile fecit *carmen (poeta)*. b) أَبِدَ *F. a.* 1) Desertus fuit; 2) Iratus fuit, efferatus fuit, societatem fugit; 3) Obscure et intricate locutus fuit. II Terruit, fugacem reddidit, a societate alienavit, *n. a.* تأبيد Perennem fecit. لم افعل تابيدا *i. e.* لم آت بآبدة Hamas. p. 191 infr. V Efferatus fuit, indomitus fugit, a societate alienatus fuit, diu a patria absens fuit, Desertus fuit *(locus)* ab incolis, solitarius fuit *et idem quod* قل اربه فى النساء parum rem habuit cum mulieribus, Maculis coloris inter rufum et nigrum medii affecta fuit *(facies)*.

أَبِدٌ *i. q.* وَلُودٌ *(asina, serva)*.

أَبَدٌ *Pl.* آبَادٌ, أُبُودٌ *Femin.* Res, quae initium quidem habet, sed fine caret *(conf.* ازل*)*, Existentia perpetua tempore futuro, Sempiternus, aevum, tempus fine carens, proles unius anni. أَبَدًا semper. على الابد in sempiternum. *Vox* ابد *in accusativo pro adverbio* unquam *ponitur et cum negatione semper coniuncta est. Tum significat* nunquam. *Cum eodem verbo, vel cum alio eiusd. significationis coniungitur, quod vario fieri solet modo,* ut أَبَدَ الأَبَدِ, أَبَدَ الأَبَدِينَ, أَبَدَ الدَّهْرِ, أَبَدَ الآبَادِ, أَبَدَ الآبِدِ, أَبَدَ الأَبِيدِ, أَبَدَ الأَبَدِيَّةِ, أَبَدَ الآبِدِينَ. *Dual.* الأَبَدَانِ Serva et equa.

آهْ Dixit آهْ Ah, Heu (vid. اوه).

أُبٌ et آبُ Nomen mensis Augusti. *Vox Aramaea.*

أَبَّ *F. o. i.* 1) Movit rem *c. acc.*, commovit *manum ad gladium c. a. et c.* الى *r.*; 2) *n. a.* أَبٌّ, أَبَابَةٌ, إِبَابَةٌ Desiderio rei impletus fuit *c.* الى; اب الى الوطن Desiderio patriae plenus fuit, *vel etiam* Tetendit in patriam; أبّ أبّه Fecit id, quod sibi proposuerat; 3) *n. a.* أَبٌّ, أَبَابٌ, أَبِيبٌ, أَبَابَةٌ Paravit se ad aliquid *c.* ل *r.*, paratus fuit ad iter; 4) Paratus destinatum impetum intentavit, in fugam coniecit impetu fortissimo; 5) *intrans.* Bene instituta fuit (vitae ratio). II Clamavit, vociferatus fuit. V Raucedine correptus fuit eaque laboravit, admiratione adfectus fuit *c.* ب *r.* VIII *i. q.* I, 3.

أَبٌّ *Pl.* أُبُوبٌ Propositum, Pabulum, Pratum, Quidquid terra producit.

أَبَابٌ Aqua, Fons *et id. q.* السَّرَابُ; هو فى ابابه *i. q.* هو فى جهازه.

أُبَابٌ Fluxus ingens, Fluctus, Unda *i. q.* عباب Magna moles aquae *maris*.

أَبِيبُ Nomen mensis (Iulius).

إِبَابَةٌ Institutum agendi, Vitae ratio, Regulae. أبت ابابته Recte instituta erat eius vitae ratio.

إِبَانٌ *Ad* ابن *a grammaticis refertur, quod vide.*

أَبُوتٌ Locus herbosus, Pratum.

أَبَتَ *F. o. ut* أَبِتَ *F. a. n. a.* أَبْتٌ *et* أُبُوتٌ Vehemens fuit aestu *(dies)*. أَبِتَ *F. a.* Intumuit *ex potu c.* من *r.* V Exarsit *(pruna)*.

أَبِتٌ *et* أَبْتٌ *F.* ة Aestu vehemens *(dies, nox)*.

آبِتٌ Aestu vehemens *dies*.

أُبْتَةٌ Vehementia *(irae)*.

مَأْبُوتٌ *i. q.* محرور.

أَبْدٌ *i. q.* وَلُودٌ *(asina, serva).*

إِبِدٌ *F.* ة *(propr. quae frequenter parit* وَلُود*)* (asina, serva), fugax, immansuetus. الإِبِدَانِ Serva et equa.

أَبِيدٌ Sempiternus, Planta quaedam.

أَبِيدَ الأَبِيدِ in sempiternum.

أَبَدِيّ Sempiternus.

آبِدَةٌ Animal fugax, pavidum, immansuetum, fera, res mira, peregrina, occulta, Malum, infortunium, res cuius memoria semper manet quum insueta et magna sit. *Pl.* أُبَّدٌ Ferae *Pl.* أَوَابِدُ Infortunia, Versus mirae pulchritudinis et divulgati per regiones, ferae, perennes aves, quae semper in eadem regione manent, *conf.* قواطع

مُؤَبَّدَةٌ Fugax, haud mansueta *(camela).*

أَبَرَ *F. i. o. n. a.* أَبْرٌ, إِبَارٌ, إِبَارَةٌ 1) Pupugit (scorpio) *c. acc.*; 2) Absentem diffamavit; 3) Acum in esca dedit *(cani) c. acc.*, perdidit *(homines)*; 4) Palmam fecundavit maris insertione (لقح), Bene curavit palmam et sata *c. a. r.* b) أَبِرَ Bona, integra fuit res. II Palmam (fecundavit) et sata bene curavit *c. a. r.* V Fecundari se sivit. VIII Petiit ab aliquo, ut palmam vel sata bene curaret, Fodit (puteum) *c. a. r.*

ابار Plumbum *(Reisk. ad librum Rhazis de affectuum singularum corporis partium curatione).*

إِبَارٌ *(Nomen)* Fecundum reddere.

ابره Ficus sycomorus *Forsk. Flora* p. CXXIV. *(rectius c.* ة *vide* ابرة *in fine.)*

أَجْزَلُ *Pl.* جُزْلٌ Dorsum laesus sauciusque *camelus* (*conf.* جَزِلٌ); Copiosior, maior; *F.* جَزْلَاءُ Pollens mente ac prudentia.

جَزَمَ *F. i.* 1) Resecuit, amputavit *c. a.*; abrupit ut non esset ad id reditus (*negotium*) *c. a.*; 2) Iuramentum perfecit *c. a.*; 3) Insignivit (*litteram*) signo quietis Djesma *c. a.*; 4) Distincte et lente extulit (*lecturam*) *c. a.*; 5) Implevit (*utrem*) *c. a.*; 6) Necessarium fecit imposuitque *illi hoc vel illud c. a. r. et* على *p.*; 7) Coniectura mensuravit (*palmam*), aestimans apud se aspectu quantum contineret proventum *c. a.*, *conf.* جزف; 8) Pusillanimis et impotens fuit *c.* عن *r.*; 9) Siluit *c.* على; 10) Aqua satiatus fuit (*camelus*); 11) Edit et tanquam uter impletus fuit (*homo*); *vel* Semel comedit toto die et nocte; 12) Stercoris partem excrevit, partem reliquit *c.* ب *r.* II *n. a.* تجزيم Implevit (*utrem*) *c. a.*; Pusillanimis et impotens fuit *c.* عن *r.*; Siluit *c.* على. V Fractum fuit (*baculum*). VII Resectus, amputatus fuit; Signo جزم affecta fuit *littera*; *item* Fractum fuit (*os*). VIII Coniecturâ mensuravit (*palmam*), aestimans apud se ex aspectu quantum contineret proventum *c. a.*; Accepit *partem opum* aliâ residuâ; Emit *c. a. vocis* حظيرة.

جَزْمٌ Amputatio; Quies consonantis, eiusque nota Djesma dicta; *et inde* Futurum apocopatum يَقْتُلْ *hoc nomen gerit*; Res ante tempus suum veniens; Aequalitas litterarum singularum verborumque in scriptura; Calamus scriptorius aequaliter resectus ut cuspis ei non sit, qui est Arabum Indorumque modus; Character scripturae usitatus, ita appellatus, quia a Himjaritarum charactere quasi resectus esse dicitur; *item* Res (*plicata, fere panniculus*), quae inseritur in vulvam camelae ut hunc putet pullum esse suum; nam panniculo post aliquot dies exemto, imaginatur camela se enixam esse foetum et dum oculos nasumque obligatos habet, pullus alienus adducitur; quem oculis apertis ac naso soluto pro suo habet lactatque.

جِزْمٌ Portio.

جَازِمٌ Secans; *Pl.* جَوَازِمُ Potu satiatus (*camelus*); Impletus *uter.* الجوازم Eae voces (*in sensu Gramm.*), quae postulant sequens futurum apocopatum. *De Sacy Gr. T. II. p.* 34. *Pl.* Utres lacte impleti.

جَزْمَةٌ Comestio una, pastus unus, qui vel interdiu vel noctu capitur.

جِزْمَةٌ Opum pars ab aliis separata; Agmen (صرمة) camelorum vel agmen (فرقة) ovium, vel centum complectens vel plus, vel a decem usque ad quadraginta.

الجَازِمِيَّةُ Nomen sectae, quae originem duxit a Djasim ben-Ahzim. Consentiunt cum Schohaibitis (الشعيبية).

أَجْزَمُ Magis secans. امر اجزم Res magis penetrans, magis decernens.

مَجْزَمٌ Impletus (*uter*).

مَجْزُومٌ Nota Djesma affectus, Futurum apocopatum (يَقْتُلْ).

جَزْمَازَج Fructus myricae (اثل), quo gingiva corroboratur, et dentium dolor lenitur.

جَزَنٌ *i. q.* جَزْلٌ *Pl.* أَجْزَانٌ *de ligno.*

جَزَأَ *n. a.* جَزْءٌ 1) Subiugavit, subegit; 2) *conf.* جزأ *n. a.* جَزَاءٌ Pensavit, retribuit *c. a. p. et* ب *vel* على *r. pro qua et c. d. a. et pro aliqua re aliquid c.* من *r. et a. r. et per aliquam rem aliquid c.* ب *r. et a. r.*; 3) *F. i.* Suffecit, *et* satisfecit *c. a. r. et* عن *p. pro qua.* III *n. a.* جِزَاءٌ *et* مُجَازَاةٌ Pensavit, retribuit *c. a. p. et* ب *vel* على *r.*; جازاه خيرا Precatus illi fuit remunerationem a Deo, dixitve: remuneret tibi Deus. IV Suffecit; satisfecit *c. a. r. et* عن *p. pro qua*; Fuit loco et vice alterius *c. a. r. et c.* عن *r.*; Manubrio instruxit (*cultrum*) *c. a. pro* اجزأ; أَجْزِى عنه مُجْزَى فلان ومُجْزَاتَه *pertin. ad* اجزأ Profuit alicui eodem modo ac quidam alius. VI Instando ursit ut quid faceret *c. a. p.*; flagitavit (*debitum*) *c. a. vel c.* ب *r.*; Reciprocus fuit, unus alteri pensavit. VIII Petiit com-

pensationem *c. a. p.*; Acceptum gratumque fecit; Inhaesit institititque rei; Pensavit *c.* من *p. et a. r.*; Gramine contenta non adiit *aquam* (*conf.* اجتزأ).

جازٍ *pro* جَازِئٌ Qui sufficit, qui pro alio est.

جَزَآءٌ Compensatio; retributio in altera vita, *unde* دار الجزاء Paradisus. جَزَآءُ الشرط (*sens. Gramm.*) Phrasis, quae sequitur alteram, quae conditionem continet: Si ad me veneris, tecum ibo. *De Sacy Gr. T. II. p.* 32, 431.

جِزْيَةٌ *Pl.* جِزًى (جِزَآءٌ *Gol.*), جِزْيٌ *et* جِزَآءٌ (*Kam.*) Tributum, *peculiariter* quod a Iudaeis et Christianis quotannis penditur; *in genere* Proventus reditusque terrae.

جَازِيَةٌ Compensatio.

جُزْوِىٌّ Ad partem pertinens.

مُجَازَاةٌ (*sens. Gramm.*) *idem quod* جَزَاء الشرط. *De Sacy Gr. T. II.* 32.

جَسْ *Increpatio cameli.*

جَسَّ *n. a.* جَسٌّ *F. o.* 1) Tetigit manu, palpavit *c. a.*; 2) Palpitando inquisivit et cognoscere studuit, *ut venam aegroti*; captavit exploravitque *nuntium: uti explorator c. a.*; Visum acutum in eum intendit ut accurate eum exploraret *c. a. p. et* ب *oculi.* V Palpitando inquisivit et cognoscere studuit; captavit exploravitque (*nuntium*) *c. a.* لا تَجَسَّسُوا Ne cognoscere studeatis id quod Deus velavit, sed quod ante oculos est, accipite. VIII Tetigit manu, palpavit *c. a.* اجتسّت الابل الكَلَأ *i. e.* رعته بمَجَاسّها Cameli ore depaverunt herbas.

جَسِيسٌ Explorator.

جَسَّاسٌ Leo vestigia imprimens praedae ungulis.

جَاسُوسٌ *Pl.* جَوَاسِيسُ Explorator.

جَوَاسٌ Herba quaedam *Avicenn. L. II. p.* 156; *i. q.* حَوَاسّ (*ex Chalili sententia*); Sensus quinque.

جَسَّاسَةٌ Bestia in insulis, quae nuntios explorat eosque adfert impostori (*Antichristo* الدجّال).

مَجَسٌّ *et* مَجَسَّةٌ *Pl.* مَجَاسّ Pectus, *ut in his* فلان ضيق المجسة Quidam angustum pectus habet; Locus ubi quid palpatur exploraturque, *ut a medico aegri pulsus. Proverbii loco de camelis dicitur:* احناكها *vel* أفواهها مَجَاسّها Quod in camelis ex pulchro vorandi modo, num pingues sint, cognoscitur, neque opus est ut palpentur. In rebus, quarum ex externa cognoscitur interna conditio adhibetur.

جَسَأَ *F. a. n. a.* جُسُوءٌ, جَسْأَةٌ Induruit (*manus ex opere*). *Pass.* Induruit (*terra*).

جَسْءٌ Cutis aspera; Aqua congelata.

جُسْأَةٌ Durities manus, Ariditas colli يُبْسُ المَعْطِف *in iumentis.*

جَسْآءُ Firmata opere et indurata (*manus*).

جَاسِيَآءُ Durities, asperitas.

مَجْسُوءَةٌ Dura *terra.*

جُسْتٌ Nomen metalli Indici.

جُسْدٌ *Id. De Sacy Chrest. T. III. p.* 428, 439.

جَسِدَ *n. a.* جَسَدٌ Adhaesit in corpore *illi sanguis c.* ب *p. et* ل *p.*; Siccior evasit et agglutinatus fuit. IV Fecit ut adhaereret. *Pass.* Imbutus tinctura fuit *pannus.* V Corpus factus fuit, seu assumpsit carnem aut corpus.

جَسَدٌ *Pl.* أَجْسَادٌ Corpus hominis, angeli, genii *quod in angelis et hominibus materia lucis, in geniis vero ignis materia constat, est igitur spiritus, anima cum tali corpore coniuncta et multum significatione haec vox a* جسم *differt. Conf. Tochf. Ichwan etc. p.* 325. *l.* 4; Crocus et res tinctoria huic similis; Sanguis siccus; *quidam in Corano Sur.* 7, 147 *exponunt* عجلا جسدا Vitulum ex auro fulvum, vitulum Israelitarum.

جَسِدٌ Corpori adhaerens, siccior agglutinatusque *sanguis.*

جَاسِدٌ *Id.*

جِسَادٌ Crocus.

جُسَادٌ Dolor in ventre.

جَسِيدٌ Corpori adhaerens, siccior agglutinatusque *sanguis.*

جِسَّادٌ Crocus.

جَسَدِىٌّ Corporeus.

جسدانِىٌّ Corporalis.

مُتَجَسَّد pro مُتَجَسِّد (*ex Ferrai sententia*); Vestis quae corpus tangit.

مُجَسَّد *Pl.* مَجَاسِد Plena et firma tinctura imbutus (*pannus*); Croco tinctus. *Taraf. Moall. v.* 47.

مُجَسَّد Croco tinctus, *et tum quoque de* Sonis variis et pulchro modo coniunctis *adhibetur. Dicitur enim* صَوْتٌ مُجَسَّد *i. e.* مَرْقُومٌ على نَغَمَاتٍ (? ومحسنة) ومُحْتَنة *Kam.*

مُتَجَسِّد Croco tinctus.

جسر *F. o. n. a.* جَسَارَة 1) Ausus fuit *c.* على *r. vel c.* أن; Strenuitate animique audacia ac magnanimitate polluit; 2) Intermisit coire (*camelus*); 3) *n. a.* جُسُور *et* جَسَارَة Ivit, penetravit *c. a.*; Transivit *desertum c. a.*; 4) Pontem fecit *vir* (*a* جسر). II *n. a.* تَجْسِير Strenuum, animosum reddidit *c. a. p.* VI Ausus fuit *c.* على *r.*; strenuitate animique audacia ac magnanimitate polluit, contra invicem animosi fuerunt ac strenuitate contenderunt *c.* على *r.*; Procerus fuit, caput extulit; Se commovit *baculum* tenens ad verberandum *aliquem c.* ل *p. et* ب *baculi.* VIII Transivit (*desertum*) *c. a.*; Ivit *in mari* (*navis*) *c. a. l.*

جَسْر *Fem. c.* ة Magnus, robusto corpore praeditus *camelus*, Fortis, longus (*vir*); Proficiscens (ماض); Longus, Crassus (*de omni re*).

جَسْر *et* جِسْر *Pl.* جُسُور (*in multis*) *et* أَجْسُر (*in paucis*) Pons; Via lapidibus strata (*Chaussée*). *De Sacy Chrest. p.* 109 *infr.*

جَاسِر *Pl.* جَوَاسِر Strenuus, audax.

جَسُور *Pl.* جُسْر *et* جُسُر Audax, magnanimus.

مُتَجَاسِرَة Proficiscens, incedens *camela*.

جَسْرَب Longus.

جسع Expulit ex rumine ad os pabulum *camelus*; 2) Vomuit *homo*. VIII *Id.*

جَاسِع Longinquum *iter*.

جُسُوع Abstinere se a donando.

جسم *n. a.* جَسَامَة Magno corpore fuit. II Corporeum effecit: *etiam* corpulentum magnumque. V Incarnatus, incorporatus fuit; corporeus, corpore *simpliciter*, *et* magno praeditus fuit; Petivit ipsam personam vel rem, et ad eam contendit *c. a.*, *et inde* Delegit *aliquem c. a. p. et* من بين; Maius et praestantius quid proposuit sibi et aggressus fuit *c. a. r.*; In maiore *arenarum, vel montis* parte fuit *c. a. r.*; Versus certum terrae tractum contendit *c. a.*; Maiore ac difficiliore parte subivit *negotium aut montem c. a.*

جِسْم *Pl.* جُسُوم *et* أَجْسَام (*conf.* جسد) (*volunt et esse* جُسْمَان *Plur.*) Corpus *i. e.* complexio corporis eiusque membrorum in homine et omnibus speciebus, quae magna praeditae sunt forma (*Kam.*), *et* omne id, quod longum, largum, profundum est. الاجسام الطبيعية *sunt apud eos, qui sensus occultos detegere volunt, i. q.* العرش والكرسى. الاجسام العنصرية Omnia corpora, et principia *στοιχεια* in coelis praeter ea, quae فلكية et طبيعية appellant. الجسم التَّعْلِيمِىّ Omne corpus, quod se in longum, largum et profundum dividi sinit, ita appellatum, quia in mathesi his puerorum intellectui aptissimis incipiant.

جُسَام Magnus, corporeus.

جَسِيم *F.* ة *Pl.* جِسَام (*Compar. et Superl.* أَجْسَم) Magnus, pinguis, corporeus; Terrae pars elata ad quam adscendit aqua.

جُسْمَان (*conf.* جثمان) Corpus, solidum; *et ipse* corporis habitus (*nonnulli et pluralem esse putant*).

أَجْسَم Crassior, corpulentior.

مُجَسَّم Solidus: terna constans dimensione.

جِسْمِيَّة Corporatio.

مُجَسِّمَة Secta eorum, qui Deum corpus habere affirmant.

جُسْمُور Pulchra corporis statura et forma in homine tergum tibi obvertente. *Dicitur* ما احسن جسموره Quam pulchra praeditus est statura!

جُسْنَة Piscis rotundus, cui duo chelae sunt.

الجُسَّان Ii qui tympana pulsant.

اِجْسَانّ Durus, robustus fuit.

جسا *F. o.* 1) *n. a.* جَسْو Durus, immitis fuit; 2) *n. a.* جُسًا, جُسُوّ Arida fuit *manus, membrum. Djeuh., conf.* جسأ; 3) *n. a.* جُسُوّ Decrepitus evasit et quasi riguerunt membra

(*senex*); 4) Constricta, congelata fuit *aqua*. III Adversatus fuit *c. a. p.*

جَسَاءٌ *et* جَسَاءَةٌ Durities. *Gol. ex Mar.*

جَسَاوَةٌ Durities.

جَشَّ *F. o. n. a.* جَشٌّ 1) Fregit, comminuit; in grossiores moluit partes; contudit *c. a. r.*; 2) Percussit (*baculo*) *c. a. p. et* ب *instrum.*; 3) Verrit, mundavit expurgavitque (*locum*, *puteum*) *c. a.*; 4) Emisit plorans *lacrymas c. a. r.* IV Fregit, comminuit; in grossiores moluit partes *triticum c. a.*; contudit *c. a. r.* VIII Plantis inter se complexis operta fuit *terra*.

جَشٌّ Locus asper lapidibus; Medium *vertebrarum dorsi iumenti* (وسَطُهُما والقَفْرِ (*l.* الفقر) ومن الدابّة) *Kam.*

جُشٌّ *Pl.* جِشَاش Mons; Hora (noctis); Locus forma similis labio in quo est asperitas et elatio? (شِبْهُ شَفَةٍ فيه غِلَظٌ وارْتفاع *Kam.*)

جَشَّةٌ Agmen hominum simul adventantium.

جُشَّةٌ Turba et coetus hominum simul adventantium; Impetus, furor populi; Vehementia soni; Sonus asper ex naribus productus.

جَشَّاء Campus glarea plenus, palmis aptus; Obscurum, vel crassum; Sonum edens *arcus* (*est igitur ex crasso ligno confectus*).

جَشِيش Comminutus, *inprimis* in grossiores partes; Triticum grossius comminutum in ollam immissum et coctum additis carne vel dactylis.

جَشَّان Medium *vertebrarum dorsi iumenti.* (*Vid.* جَشٌّ.)

جَشِيشَةٌ Grossius mola fractum (*triticum etc.*), *i. q.* سويق.

أَجَشّ Crassa, aspera et alta voce praeditus (*tam homo quam equus*); Sonans tali tonitru (*nubes*).

مِجَشّ Mola trusatilis, qua frumentum frangitur in grossiores partes.

مِجَشَّةٌ *Id.*

مَجْشُوش In grossiores partes mola tritum *frumentum*.

جَشَأَ *n. a.* جُشُوء *seu* جُشُوّ *etiam* جَشْأ (*in Kam. nil praeter* جُشُوّ) 1) Commota et excita fuit (*anima moerore vel concepto terrore vel propter vomitum*); 2) Obscurum fuit *mare*, *vel* propinquum fuit, imminuit alicui; 3) Ex fauce emisit sonum; 4) Migravit *gens* ex una terra in alteram. II *et* V Ructum emisit. VIII Non convenit *regio alicui*. *Dupliciter construitur: cum nominat. person. et acc. terrae*, *et contra cum nominativo terrae et acc. personae.*

جَشْءٌ Multus; *Pl.* جَشَآت *et* أَجْشَاءٌ Arcus levis; ramus arboris, ex quo eiusmodi paratur arcus.

جَشْأَةٌ Irruptio vehementior undae *maris et* tenebrarum *noctis*.

جَشْآءُ Arcus sonorus.

جُشَاءٌ Ructus; reditus gustus halitusve, qui ex ventriculo in os defertur.

جَشَبَ 1) Moluit in grossiores partes; 2) جشب اللهُ شَبابَهُ Deus effecit, ut evanesceret eius adolescentia, *vel* vilem et despectam eam reddidit; 3) *F. o. et* b) جَشِبَ *F. a.* Grossus vel obsonii expers fuit *cibus*. c) جَشُبَ *n. a.* جُشُوبَةٌ Malus fuit (*cibus*).

جَشْبٌ Grossus *cibus*, (*aliis*) qui sine obsonio; Moeror, tristitia.

جُشُبٌ Cortices granatorum.

جَشِبٌ Grossus *cibus* vel sine obsonio, *cibus* non bonus; Crassis ossibus praeditus *vir*. *Hamas. p.* 207.

جَشُوبٌ Femina aspera, parva.

جَشِيبٌ Grossus *cibus*, (*aliis*) qui sine obsonio; *in genere de quavis re* Crassus, *et peculiariter* grossior asperiorque *vestis*.

مِجْشَبٌ Crassus, fortis; Lignum cui imponuntur vestes.

مِجْشَابٌ Grossus *cibus*, (*aliis*) qui sine obsonio; Crasso et simul brevi corpore praeditus. *Hamas. p.* 207.

مُجَشَّبٌ Vir asperae vitae.

مَجْشُوبٌ Grossus *cibus*, vel qui sine obsonio.

جَشْجَشَ (*vid.* جش) Mundavit *puteum c. a.*

جَشَرَ *F. o. n. a.* جَشْرٌ 1) Pastum eduxit (*iumenta*) *c. a.*, ita ut non redierint vesperi; 2) Equos ante domum pascere sivit; 3) Reliquit *rem c. a. r.*; 4) *n. a.* جُشُور Perrupit enituit-

que (*aurora*). b) جَشُرَ 1) Durus et asper fuit; 2) *n. a.* جَشَرٌ (*etiam Passivi forma*) Laboravit tussi, asperitate pectoris et crassitie vocis. II *n. a.* تَجْشِير Pastum eduxit (*iumenta*) *c. a.*; Reliquit *c. a. r.*; Evacuavit (*vas*) *c. a.*

جَشَرٌ Homines in campo cum camelis pernoctantes, nec domum revertentes; Pascentia libere nec ad dominum redeuntia (*pecora*); Quod lutum litoris durum et aridum est ut lapis; Asperitas in pectore et raucedo vocis; Olera veris; Coelebs; Spurcities *uteris* e lacte (*Djeuh.*, *sed ex Firuzab. sententia potius est* حشر).

جَشِرٌ Sordidus *uter* (*Djeuh.*, *at perperam pro* حشر *sumtum vult Firuzabadius*).

جَاشِرٌ Custos.

جشار Armenta (*Vit. Salad.* 157).

جُشْرَةٌ Tussis, asperitas pectoris, raucedo vocis.

جَشِيرٌ *Pl.* جُشُرٌ, أَجْشِرَةٌ Saccus frumentarius vestiariusve maior, pera pastoralis, Pharetra e corio sine ligno confecta (وفضة); Coelebs.

جَشَّارٌ Prati, in quo equi pascuntur, praefectus.

جَشَّارِيٌّ Praefectus equorum stabuli.

جَشَارِيٌّ *Id.*, *vel* Qui pastum ducit camelos equosve et in campo cum illis pernoctat.

جَاشِرِيَّةٌ Potus qui antelucano tempore sumitur, *vel* de lacte cameli *tantum in usu est*; Dimidium diei *Djeuh.*; *etiam* Nomen propr. tribus; Antelucanum tempus (سحر); Cibus quidam.

أَجْشَرُ *Fem.* جَشْرَاءُ Asperitate pectoris et raucedine vocis laborans.

مَجْشَرٌ Piscina in qua non hauritur aqua.

مُجَشَّرٌ *F.* ة Longe a mansione abductus (*equus*) qui pascitur.

مَجْشُورٌ Tussiens (*camelus*).

جشع *n. a.* جَشَعٌ *et* V Avidus fuit, concupivit. VI Se invicem presserunt propter sitim ad aquam *c. a. aquae.*

جَشَعٌ Aviditas; pessima et vehementissima cupiditas, dum portionem sumis et alius sumere cupis.

جَشِعٌ *Pl.* جَشِعُونَ Concupiscens, avidus.

جشم *n. a.* جَشْمٌ, جَشَامَةٌ Cum labore incubuit (*rei*) *c. a.* II *n. a.* تَجْشِيم Imposuit *alicui rem* molestam, gravem *c. d. a.* IV Imposuit *rem* molestam, difficilem *alicui c. d. a.* V Cum labore incubuit *rei c. a.*; Suscepit *pericula c. a. r.*

جَشْمٌ Gravitas ponderis et oneris; Onus; Molestia; Obesitas.

جَشَمٌ *Id.*

جُشَمٌ Onus, pondus, gravitas; Venter *vel* pectus cum costis, quae id circumdant, *peculiariter cameli*; Piscis (*Gol. ex Djeuhario; in meo autem codice non legitur*); Nomen tribus.

جُشُمٌ Pingues.

جَشِيمٌ *quasi* جَسِيمٌ Crassus.

مُجْشِمٌ Leo.

جَشْمِيزَج Medicamentum, quod contra oculi dolores adhibetur.

جُشْنَةٌ Avis quaedam.

جَوْشَنٌ *Pl.* جَوَاشِنُ Pectus; Lorica; Media *noctis*, *vel eiusdem* pars anterior, *et* جواشن الليل Primae noctis partes.

مُجَوْشَنَةٌ Mulier agilis, multum operis faciens.

جشو *pro* جَشْءٌ *Pl.* جَشَوَاتٌ Arcus levis.

جص *et* جِصٌّ *Pers.* گچ *vel Graec.* γύψος Gypsum, quod ex cocto fit lapide.

جَصَّ *F. i.* بات يجص في الرباط Per noctem pressus gemuit, quum eius ligamentum firmius strictum esset. II (*a* جِصٌّ) Gypso obduxit (*domum*) *c. a.*; *i. q.* بصص Oculos aperuit (*catulus*); Implevit *vas c. a.*; Primum apparuit *planta*; Impetum fecit *in hostem c.* على *p.* VIII اجتصوا Domus eorum erant propinquae.

له جَصِيصٌ Firmius strictum erat ligamentum, ut pressus gemeret.

جَصَّاصٌ Qui conficit venditve gypsum.

جَصِيصَةٌ *nempe* هذه جصيصة من ناس وبصيصة Horum hominum domus sunt propinquae.

جَصَّاصَاتٌ Loca, in quibus gypsus paratur.

جُصَاجِصٌ Albus, aequalis *locus*.

جَضَّ 1) Superbius vacillando, modo qui جيضى appellatur, incessit; 2) Irruit (*gladio*); incurrit (*hasta in aliquem*) *c.* على *p. et* ب *r.* II *n. a.* تجضيض Vehementer cucurrit; gladio irruit *in aliquem c.* على *p. et* ب *instr.*

جِيضَى Incessus superbior.

جَضْد *i. q.* جَلْد Durus, robustus *vir.*

جُضُم Edax, multivorus.

جِضَم Crassus lateribus medioque.

تَجَضَّمَ Cepit arripuitque ore.

جطح *Vox inarticulata, qua caprae increpantur inobsequentes mulgenti, vel dicitur foetui caprae, neque caprae ipsi.*

جَظَّ 1) Propulsavit; 2) Humi stravit; 3) Rem habuit, concubuit (*cum muliere*) *c. a.*; 4) Pinguis fuit et simul brevi statura praeditus; 5) Cito cucurrit; 6) Anxit moerore *c.* ب *r.* IV Superbivit, *vid.* جض.

جِظّ Crassus, corpulentus.

مُجْظَئِرٌ Is qui malum, quod inferre potest, paratum habet. *Dicitur* ما لك مجظيرًا.

جِظْلاءُ Mollis, infirmus dens (*cameli*).

جَعَّ Lutum comedit; Lutum coniecit *in aliquem c. a. p.*

جَعَبَ 1) *i. q.* جَعَفَ Humi stravit, proiecit *c. a.*; 2) (*a* جعبة) Pharetras confecit *c. a. r.*; 3) Collegit *c. a. r.*; 4) Vertit *c. a.* II Prostravit *c. a.*; collegit. V *et* VII Humi prostratus fuit.

جَعْب Parvus cumulus stercoris camelini.

جُعْبٌ Laxa pars ventris sub umbilico usque ad ossis sacri partem قحقح appellatam.

جَعْبَةٌ *Pl.* جِعَاب Pharetra. *Ex Ibn Doraidi sententia ea est*, in qua tam sagittae نبل appellatae, quam eae, quibus nomen نشاب est, reconduntur. (*Conf.* جفير, كنانة *et* قرن.)

جَعَّابٌ Qui pharetras conficit.

جِعَابَةٌ Ars pharetras conficiendi.

أَجْعَبُ Ventrosus; Is qui in agendo debilis est. *Fem.* جَعْبَاءُ Mulier crassa, magna.

مُجْعَبٌ Prostratus, sed non ab altero quodam.

مُتَجَعِّبٌ Mortuus.

جَعْبَأَ *n. a.* جَعْبَأَةٌ *i. q.* جعب Humi prostravit *aliquem c. a. p.* II *Pass.*

جَعْبُوب Sciaena, *quae a Forsk. in descr. an. describitur p.* 50.

جُعْبُوبٌ Vir brevis staturae, vilis; *vel* Debilis, in quo nil boni est; *vel* vilis conditionis.

جَعْبَرَ Prostravit humi *c. a.*

جَعْبَرٌ *Fem. c.* ة Brevis crassusque (*vir*); Poculum generis قعب appellati crassum, cuius parietes (جدر) breves sunt eiusque sculptura non bene instituta *Kam.*; Durus.

جَعْبَرَةٌ Parva, prava (*mulier*).

جَعْبَرِيَّةٌ Parva, vilis (*mulier*).

جُعْبُسٌ Insipiens, fatuus.

جُعْبُوسٌ *Id.*

جَعْبَلَةٌ Celeritas.

جَعْبَى (*vid.* جَعْبَأَ) *n. a.* جَعْبَاةٌ Humi stravit *c. a. p.*

جُعْبَاةٌ Podex.

جِعِبَّاةٌ *Id.*

جِعِبَّى *Id.*

جُعَبَى *Pl.* جُعَبَيَاتٌ *sec. al. Sing.* جُعْبَى *Pl.* جُعْبَيَاتٌ Formica rubra.

جُعْبَاءَةٌ Podex.

جَيْشٌ يَتَجَعْبَى *et* يَتَجَعْبَى Exercitus cuius una pars propter multitudinem et loci angustiam alteram premit.

جَعْثَبَةٌ Cupiditas, aviditas.

جَعْثَرَ Collegit (*supellectilia*) *c. a,*

جُعْثُمٌ Vir corpore pusillus et macer.

جُعْثُمٌ (*Kam. et Djeuh.* جُعْثُنٌ *ut* جعثم *vitiosa videatur scriptio apud Golium*) *i. q.* أُصُولُ الصِّلِّيَانِ Radices herbae cuiusdam pappiferae.

جُعْثُومٌ Veretrum equi asinive crassum.

الجُعْثُمِيَّاتُ Arcus.

تَجَعْثَمَ Contractus in sese fuit, ut pars una in alteram intraret.

جِعْثِنٌ (*conf.* جعثم) Radix oleris صلّيان appellati.

تَجَعْثَنَ Contractus, collectus fuit.

مُجَعْثَنٌ Brevi corpore, sed amplo praeditus.

جُجْرَةٌ *Pl.* جَعَاجِرُ Farinae massa, quam ut imagines referat formatam ponunt in succo fructuum quando eum coquunt.

جَعْجَعَ *n. a.* جَعْجَعَةٌ 1) In angustum locum carceremve coniecit *c.* ب *p.*; 2) Movit compulitque (*camelos*) ad decumbendum vel surgendum *c.* ب; 3) In genua procubuit (*camelus*); 4) جعجع بهم In terra aspera castra ponens eos ut ubi manerent coegit (*Djeuh.*). II Semet in terram coniecit prae vehementia doloris.

جَعْجَعٌ Locus, quem pedibus quis conculcat; Locus angustus, asper.

جَعْجَاعٌ Locus angustus et asper *et ut adiectivum*; Terra quaevis, *in hoc hemistichio:* وباتوا بجعجاع جديب المعرج; *sec. quosdam autem* dura et aspera, *ut in hoc Abu-Kaisi ben-Alaslat versu:* من يذق الحرب يجد طعمها مرا وتتركه بجعجاع; *inde et* Locus pugnae; Locus somno faciendo haud aptus, in quo quis quiete non fruitur; Vociferans valde *camelus mas.*

جَعْجَعَةٌ Strepitus molae; Soni camelorum congregatorum. أَسْمَعُ جَعْجَعَةً وَلَا أَرَى طِحْنًا *Dicitur* quum pusillanimis minitatur, minas vero non perficit, *et* quum avarus promittit, sed non dat; Instare durius debitori; Mactatio mactandi cameli; *i. q.* شَعْشَعَةُ الثَّرِيدِ, Commotio qua impelluntur cameli ad quiescendum, vel procumbendum in genua, vel ut ligentur aut surgant; Ligatio *iumenti*; Sedere in loco haud aequali.

جَعُدَ *n. a.* جُعُودَةٌ, جَعَادَةٌ Crispus fuit. II *n. a.* تجعيد Crispavit (*comam*) *c. a. Metaph. de pectore et lateribus* Gibbosum fuit ossibus et musculis. V Crispa seu crispata fuit (*coma*); In unum contractus fuit.

جَعْدٌ *Pl.* جِعَادٌ Crispus capillus (*contr. est* سبط); *vel* brevis *coma*; *et* Crassa, non longa statura praeditus *vir. Hamas. p.* 238; *et Adiect. F.* ة Crispa coma (*vir*); crispo densove et multo crine (*camelus*); Liberalis (*quia Arabes crispa coma sunt praediti*); *et contr.* Avarus; تراب جعد Terra humida; حَيْسٌ جَعْدٌ *i. e.* Durus, crassus; جعد اللغام *poet.* Accumulata circa os cameli spuma; ثرى جعد Terra, pulvis lenis; جَعْدُ الاصابع Brevibus digitis praeditus *vir*; خَدٌّ جَعْدٌ Gena haud laevis; وجه جَعْدٌ Facies rotunda haud pulchra; *et* جعد اليدين, جعد الانامل, جعد الكفّ Avarus; جَعْدُ القَفَا Nullius aestimationis *vir*, *et tum nomen omittitur.*

جَعْدَةٌ Agna ovis, *sec. al.* Planta odorifera in litore fluviorum vere proveniens, quae cito arescit; Polium. *Avicenn. L. II. p.* 153 *sq.*, *sed* قنا الجعدة *Damascenis* Adiantum seu capillus Veneris.

جعيدى Unus ex plebe. *De Sacy Chrest. T. III. p.* 354.

جُعَادِيدُ Res flava, crassa, sicca in qua est teneritas et humiditas (رخاوة وبلل), prodit e foraminibus uberis, primum quum aperitur colostro.

مُجَعَّدٌ Durus, crassus.

جُعْدُبَةٌ Bullae aquae; Tela araneae; Colostri instar res, quae inter hoedi recens nati oris latera (صِمْغ) invenitur.

جَعْدَرٌ Brevis, parvus.

جَعْدَلٌ Fortis, robustus.

جُنْعُدَلٌ *Id.*

جُنْعَدِلٌ *Id.*

جَعْذَرِيٌّ Vorax.

جَعَرَ *F. a. n. a.* جَعْرٌ Merdam excrevit (*fera*). V Medio corpori alligavit funem ne descendens in puteum decideret *aquator*. VII Merdam excrevit.

جَعْرٌ *Pl.* جُعُورٌ Merda sicca in podice; *vel* merda ferarum rapaciumque avium; avium *in genere*; *etiam* canis.

جُعْر *vulgo i. q.* جُعْل.

جَعَارِ Hyaena. عيشى جَعَارِ *vel* تيسي جَعَارِ *proverbialis locutio, usurpatur quum declaratur, rem falsam esse;* رُوغِي جَعَارِ *proverb. locutio, usurpatur quum pusillanimis fugit. Forskalio in descript. animal. V est generis incerti: ita describitur* Asino similis forma, statura, auribus; caro edulis.

جِعَار Funis quem aquator ad palum mediumque corpus religat, ne descendens in puteum delabatur; Nota asino equove impressa in duobus clunium lateribus.

جُعْرَة Signum remanens funis (جعار) religati ad medium corpus; Hordeum album magna grana habens.

جَعْرَاء Podex.

جَاعِرَة *Pl.* جَوَاعِر *i. q.* جُعْر *sec. nonn.* Fauces podicis *vel* podex. الجاعرتان Duo clunium latera asini vel asinae *et in gen.* iumenti, *vel* eae partes, quas equus cauda ferit, *vel* extantia coxae extrema.

جُعْرُور *nom. unit. c.* ة Genus quoddam dactylorum vile admodum, et magnum; *item* Species insecti.

جَيْعَر Hyaena.

جِعِرِّى Podex; Convitium, quo afficitur cui vitium adscribitur; Lusus puerorum, qui talis est, ut portetur unus a duobus in medio super manibus.

جِعْرِى Podex.

جِعْرَانَة *et* جِعِرَّانَة (جِعِرَّانَة *a Schafeio pro vitio habetur*) Oculus.

مَجْعَر Podex, anus (*sc. locus merdae*).

مِجْعَار Siccioris naturae seu alvi (*homo*); *i. q.* سلوح *vid.* Qui saepissime cacat.

جعز *i. q.* جَأَز.

حَبَا جُعَيْزَان Planta quaedam.

جعس (*Apud Arabes ingenuos non usitata vox et non satis probata* (مُوَلَّد) *i. q.* رَجِيع Merda, stercus; *vel* Locus in quem decidit merda.

جَعَّس Cacavit.

جُعْسُوس *Pl.* جَعَاسِيس Brevis statura et despectus. *Dicitur* هو من جعاسيس الناس (*hoc vero non dicitur cum* ش).

تَجَعَّس Immundus, impurus fuit lingua sua (*vir*).

جعشب Longus et crassus.

جعشم Medius.

جُعْشُم, جُعْشَم Parvus; Crassus et robustus vir (*prior enunciatio ex Ferraï sententia praeferenda*); *item* Longus et crassus.

جعشوش *i. q.* جُعْسُوس Brevis; *et contr.* Longus; Vilis, macer, gracilis.

جعطرى Ob merita ipsi non propria fastu plenus.

جعظ Repulit. IV *Id.*, *et* Fugit.

جُعْظ Crassus corpore; Magnus secundum opinionem suam; Malae indolis, qui non contentus est cibo.

جَنْعَظ Qui difficilis (pravae) est indolis.

جِنْعَاظ *Id.*

جَعْظَان Vir brevis staturae. *Kam.*

جِنْعَاظَة Qui difficilis est indolis, *ut in hoc versu:* جنعاظة باهله قد بَرِحا.

جَعْظَانَة Vir brevis staturae. *Kam.*

جعظر Fugit, tergum vertit.

جَعْظَر Crassas clunes habens, easque eundo movens.

جِعْظَار Pumilio crassus.

جَعَنْظَر Vorax, crassus.

جَعْظَرَة Incessus hominis tardi ac lenti.

جِعْظَارَة Insipidus (*vir*).

جِعْظَارَة Brevis et crassus *vir. Djeuh.*

جِعِنْظَار Avidus, gulosus, vorax, crassus.

جَعْظَرِى Qui de re gloriatur, quam non possidet, superbus sine meritis; Durus, inhumanus, *vel* Vorax; Brevis.

جَعَفَ 1) Proiecit; humi prostravit *c. a.*; 2) Evulsit *c. a.* IV Humi prostravit *c. a.* VII Evulsus fuit. VIII Evulsit *c. a.*

جَعْفٌ *nempe* ما عنده سوى جَعْفٍ Nil habet praeter alimentum: in quo non est abundantia.

جَاعِفٌ Abripiens (*fluxus*).

جُعَافٌ *Id.*

جَعْفَرٌ Fluvius parvus, *et contra* fluvius magnus, largus, *vel* aqua plenus, *vel* fluvius maior quam rivus; Lactis abundans (*camela*); *Nom. propr.* viri.

جَعْفَرِيَّةٌ Ars futura praesagiendi (*a* جعفر الصادق *nomen accepit*); الْجَعْفَرِيَّةُ Nomen sectae, quae sequitur doctrinam Djalifari ben-Meschreb ben-Harb et maximam partem cum secta cui nomen est الاسكافية consentit.

جَعْفَلَ *i. q.* جَحْفَلَ Ex ephippio deiecit confossum *c. a. p.*

جَعْفَلَةٌ Quod quis dicit جُعِلْتُ فداك Ut te liberare possem!

جَعْفَلِيقٌ Magna *mulier.*

جَعْفَابِيلٌ Occisus qui intumuit.

جَعَلَ *F. a. n. a.* جَعْلٌ 1) Posuit, collocavit *c. a.*; جَعَلَ كلامه على السن البهائم Tribuit sermonem suum bestiis; جعل مخرجا Ostendit effugii viam; Imposuit *alia aliis c. a. r. et* على *p.*, *it. c. a. p. et* في *r.*, *it. c.* ل *p.*; Dedit *c.* ل *p.*; 2) *n. a.* جَعْلٌ, جَعْلٌ *et* جَعَالَةٌ Fecit; جعل القران Fecit Coranum. *Distinguitur apud orthodoxos a* خلق القران, *sed apud Mohtaselitas haud diversam significationem habent*; Effecit *c. d. a.*; 3) Praescripsit conditionem *c.* ل *p. et a. r. unius et* على *alter.*; 4) Constituit; nominavit, habuit *c. d. a.*, *ut* جعل البصرة بغداد Bazram putavit esse Bagdadum; 5) Instituit coepitque *facere c. sequent. futuro*, *et interdum pleon. positum videtur* جعل يودع Valedixit. b) جَعِلَ Abundavit scarabaeis (*aqua vel terra*). III Donum رشوة dedit (*a* جعل) *c. a. p.* IV Fecit; effecit *c. a.*; Constituit operae pretium et donando solvit *c. a. p. vel c.* ل *p. et* عن *r.*; Deposuit removitque de igne (*ollam panniculo*, *qui* جعال *dicitur*) *c. a. r. et* ب *instr.*; Dono dedit *alicui aliquid c. a. r. et* ل *p.*; *Intrans.* Libidinosa fuit, marem appetiit (*canicula aut fera omnis*); *a* جُعَلٌ Abundavit scarabaeis (*aqua*), *vel* iis mortuis infecta fuit. VI Constituerunt inter sese pro operae pretio ac remuneratione (*rem aliquam*) *c. a.* VII Positus fuit. VIII Fecit, Posuit, collocavit; imposuit (*alia aliis*) *c. a. r. et* على *p.*; Effectus fuit; Evasit. Cepit pretium (جعل) *pro aliqua re.* X Libidinis fervore correpta fuit (*canicula et omnis fera*).

جَعْلٌ Palma irrigua, radice sua per se vigens.

جَعِلٌ In qua abundant vel mortui sunt scarabaei (*aqua*).

جُعْلٌ (*ut* جُعُلٌ) Insectum valde nigrum, in ventre rubicundum, maius, quam scarabaeus خنفسا. *Mari duo cornua sunt; in locis ubi fimus est, frequens, et* زعقوق *appellatur.* Constitutum debitumve pro opera pretium, mercesque *propter aliquam rem c.* على *r.*; Largitio, donum, quo corrumpitur iudex vel praefectus; أَجْعَلَهُ جُعْلًا Dedit alicui donum.

جَعَلٌ Parvus et pinguis; Rixa (لجاج); Pretium pro re praestita constitutum.

جَعِلٌ In qua abundant vel mortui sunt scarabaei (*aqua*).

جُعَلٌ *Pl.* جِعْلَانٌ Scarabaeus, qui et pilularius dicitur (*conf.* جُعْلٌ); Vir niger, vilis; Observator (*Aufpasser*); Rixosus (لجوج).

جَاعِلٌ Dans.

جِعَالٌ *Pl.* جُعُلٌ Pannus, quo removetur olla ab igne; Operae pretium, quod alicui constitutum est.

جَعْلَةٌ *Pl.* جَعْلٌ Novella palma; palma brevis vel vilis vel ea quae manu attingi nequit.

جَعْوَلٌ (*vox Ieman.*) Pullus struthiocameli.

جَعَالَةٌ *Pl.* جَعَايِلُ Pretium pro opere praestito constitutum; Donum, quo corrumpitur iudex; Id quod datur ei, qui tuo loco in bellum proficiscitur.

جِعَالَةٌ *i. q.* جَعْلٌ Palma pumila, iuvenca; Pretium pro opere praestito constitutum; Id quod ei das, qui tuo loco in bellum proficiscitur; Pannus, quo removetur olla ab igne.

جُعَالَةٌ Pretium pro opere praestito constitutum; Id quod ei das, qui tuo loco in bellum proficiscitur.

جَعِيلَةٌ *Pl.* جَعَائِلُ Pretium pro re praestita constitutum; Palma pumila, iuvenca; *et* Opus bonum et laudabile.

أَجْعَالٌ Actiones, res. *Calila we Dimna. p.* 46.

مُجْعِلٌ In qua abundant vel mortui sunt scarabaei (*aqua*); Libidinosa (*canicula*).

مُجْتَعِلٌ Capiens.

مَجْعَلَةٌ Abundans scarabaeis *terra.*

مَجْعُولٌ Constitutus, effectus.

جُعْلُسٌ, جُعْلُوسٌ Insipiens, stolidus. (*Append. Golii ex Kamuso; sed vitiosa videtur haec vox; quippe editio Calc. eius loco* جعبس *habet.*)

جَعْلَفَةٌ Quum dicis جُعِلْتُ فِدَاكَ. *Ex priore continet* جعل, *ex altero* ف.

جَعِمَ Appetitu cibi caruit *homo*; Capistravit (*camelum*), ut averteret a pastu vel morsu *c. a.* b) جَعِمَ *n. a.* جَعْمٌ *et* جَعَمٌ 1) Avide expetivit, vehementer appetivit: *peculiariter i. q.* قرم *carnem* (*homo vorax*); Ossa sua manducavit ob appetitum quum nec pabulum حمض neque عضاه inveniret *camelus*; Appetivit *pabulum* (*camelus*) *c.* الى *r. vel c. a.*; 2) Appetitu cibi caruit (*homo*); 3) Crassae vocis seu sermonis fuit, ex gutturis amplitudine; 4) Omnes dentes amisit *camelus.* IV Eradicavit *c. a.*; اجعمت الارض Plantas omnino depastas habuit terra, ut ad radices confugiendum esset, quum ibi degentium multitudo nimis magna esset. V Appetivit; تجعم العود *i. e.* حس *Kam.*

جَعْمٌ Appetens cibum (*vorax*).

جَعِمٌ Appetitu cibi carens.

جَيْعَمٌ *pro* جَائِعٌ Esuriens.

جَعْمَاءُ Quae omnes dentes amisit *camela*; Delira prae senio *mulier*, *de mare non dicitur* أَجْعَمُ; Podex.

مَجْعَمٌ Refugium, asylum.

مَجْعُومٌ Appetitu cibi carens.

جَعْمَرَةٌ Quod asinus se contrahit, et invehitur in asinam *etc.* mordere volens.

جَعْمَسَ Deposuit merdam una vice.

جُعَامِسٌ Merdam deponens una vice.

جُعْمُوسٌ *Pl.* جَعَامِيسُ *i. q.* جُعْسٌ Merda.

جُعَامِيسٌ Palma (*vox Hodsailitica*).

جُعْمُظٌ Senex avarus et avidus cibi.

جَعَنَ *Verb. obsoletum* Contractus fuit, Laxus fuit, et flaccidus (in corpore et cute). IV Crassa et dura fuit eius caro.

جُعُونَةٌ Brevis, pinguis *vir.*

جَعْنَبٌ Brevis, parvus.

جَعَانِسُ *ex* مَجَانِسُ Scarabaei.

جَعْنَقٌ *i. q.* جُعْنُنَةٌ Avis amplis oculis praedita, cuius color ad flavum vergit.

جَعَا *F. o. n. a.* جَعْوٌ In cumulum collegit *stercus etc. c. a.*

جَعْوٌ Manu in unum cumulum collectum *stercus camelinum etc.*

جِعَةٌ Potus ex hordeo.

جُعْوَةٌ Ex nigro rubroque color equi (*Gol. ex Mar.*); Terra aspera, dura et nigra.

جِعَاوَةٌ Capsa vel theca in qua ollam recondit viator (*Gol. ex Mar.*).

جَاعِيَةٌ Stulta, fatua.

جَعْبٌ *Vox quae componitur cum* شغب *neque separata invenitur.*

جَفَّ *pro* جَفِفَ *F. i. et a. et pro* جَفُفَ *F. a.* (*haec forma Futuri a. ab Abu-Saido affertur; ab Alcesaï vero reiicitur*) *n. a.* جَفَافٌ *et* جُفُوفٌ 1) Desiccata fuit (*vestis*): *ut postquam lota*; لا يجف لبده Non desinit ultro citroque ire; جفت الاقلام Res finita est, mutari non potest; 2) Congregavit in unum, collegit *opes*,

et abstulit *c. a.* II *n. a.* تَجْفَاف *et* تَجْفِيف Bene siccavit (*vestem*); Arefecit *c. a.*; *der. a* تَجْفَاف Cataphracta operuit (*equum*) *c. a.*; Alas motitavit ovis incubans (*avis*). V Desiccata fuit (*vestis*). VIII Omne consumsit (*quod in vasibus erat*).

جَفّ Copia hominum *vel* numerus magnus.

جُفّ Agmen, caterva hominum, *vel* numerus ingens; هو جُفّ مَال Hic bene curat opes (pecora); *item* Spatha palmae seu involucrum florum; Eruta palmae radix; Senex aetate confectus; Res omnis intus cava, *et* talis dens; Utris vetusti tritique pars dimidia, *et* quae ex ea fit situla coriacea; Impedimentum (السد) quod cernis inter te preces facientem et Kiblam (القبلة) *ex. gr.* murus loci محراب appellati *Kam.* الجُفّان *Dual.* Tribus Becr et Tamim.

جَافّ Siccus seu siccescens.

جُفَاف Pars arida rei, quam arefecisti.

جَفّة Agmen et caterva hominum, *de pecore non dicitur nisi grex sit*; جفة واحدة Simul omnes *venerunt*; *item* Sonus, murmur turbae progredientis.

جُفّة Agmen hominum, *vel* numerus magnus; Situla magna; جُفّة Omnino totum.

جَفِيف Arida (*planta*, *herba*).

جُفَافَة Quod dispergitur ut aridum fiat (*gramen*, *foenum*).

تَجْفَاف *Pl.* تَجَافِيف (*pro voce peregrina habetur ex Pers.* تن باه, *sed apud bonos poetas in usu est*) Armatura bellica, qua equus et eques vestiuntur; Cataphracta equi, *estque munimentum superne ferreis bracteis, inferne panno coactili constans; etiam de* cataphracta seu ferrea lorica militis *dicitur.*

مُجَفِّفَة *Pl.* مُجَفِّفَات Res desiccans.

جَفَأ *n. a.* جَفْأ 1) Festucas et sordes detulit et in ripam coniecit (*fluvius*); Spumam eiecit bulliendo *olla et c.* ب *r.*; 2) Detersit spumam *ollae*, *c. a. ollae*; detersit festucas, vel spumam *fluvii*, *c. a. fluvii*; 3) Pronam invertit *ollam in scutellam* et effudit *c. a. et* فى (*in hac significatione quarta forma non est adhibenda*, *quamvis in traditione reperiatur*); 4) Clausit *portam c. a.*; 5) *contra* Aperuit *portam c. a.*; 6) Olera cum radice evulsit *c. a.*; 7) *n. a.* جَفْأ Humi prostravit *c. a. p.* IV Spumam eiecit *olla vel fluvius* (*pro prima coniug.*); Clausit *portam c. a.*; *et contra* Aperuit *portam c. a.*; Fatigavit *iumentum* itinere, neque ei pabulum dedit *c. a.*; Proiecit *c.* ب *r.*; Bona evanuerunt *terrae*, *c. nominat. terrae.* V Bona sua amisit *terra.* VIII Evulsit et proiecit reiecitque (*rem*) *c. a.*; Olera cum radice evulsit *c. a.* (*Vid. et in* جفو).

جُفَاء Quod propellit secumque defert aquae fluxus; Id, quod olla in coquendo eiicit (*spuma sc.*); Vanum; *et Adverb. i. q.* باطلا. Navis vacua.

جَفْأَة *nempe* العام جَفْأَة ابلنا Maior pars camelarum nostrarum hoc anno peperit (*et ita enunciatur* الفام جفأة ابلنا).

جُفْت *nempe* جُفْتُ ٱلْبَلُّوط Interior cortex glandis. جفت (*si lectio bona*) Instrumentum chirurgicum. *Albucas. de chirurg. p.* 128.

اجْتَفَت Abstulit universas *opes c. a. r.*

جُفْتَافَرِيد *Pers.* Fructus plantae, forma amygdali, duabus in capite spinis, ad venerem conducens. *Avicenn. terni aut quaterni in extremitate caulis simul nascuntur. Beith. atque inde petitum nomen. Avicenn. L. II. p.* 158.

جَفْجَفَ Collegit, retinuit, continuit *c. a.*; Repulit camelos festinanter timore direptionis; repulit oves vi ita ut una alteri inequitaret. II Plumas erexit (*avis*), vel se commovit supra ovis, eaque texit alis; Quae madueerat siccata fuit (*vestis*), ita ut madoris quid reliquum manserit; *quum enim prorsus siccata fuerit, dicitur* قَفّ.

جَفْجَف Terra alta, *et quidem* non admodum salebrosa; Planities rotunda, lata *et contra* Terra depressa; Ventus vehemens; Delirans in sermone.

جَفَاجِف Habitus, vestitus *hominis.*

جَفْجَفَة *Pl.* جَفَاجِف Sonus, murmur turmae proficiscentis; Leviter incedens equitum turma.

جَفَخَ *n. a.* جَفْخ *i. q.* جَخَفَ *et* جمخ 1) Gloriatus fuit; superbivit; 2) Properavit (*Gol. ex Mar.*). III Gloriatus fuit *contra alium*, de gloria contendit *c. a. p.*

جَفَّاخ Gloriosus, superbus.

جَفَرَ 1) Distentum utrinque fuit (*latus corporis*); amplus fuit; 2) Adultus, *vel* quadrimestris fuit (*agnus*); 3) Sanari coepit *a morbo c.* من; 4) *F. o. n. a.* جُفُور Lassus languidusque, a coitu destitit (*admissarius*) *c.* عن *r. de ariete* ربض *dicitur*; 5) Vacua aquâ, quum iam ef-

fusa esset, fuit *nubes*. *Conf.* جفل. II *n. a.* تجفير Ex coitu languidus fuit *(admissarius)* et ab eo destitit. IV Ex coitu languidus ab eo destitit *admissarius*; Latuit; se abdidit; Segregavit se *a muliere c.* عن *p.*; Reliquit, missum fecit *quod agebat*, *vel quem visere solebat socium c. a.* V Adultus, *vel* Quadrimestris evasit *agnus*. VII *i. q.* I. VIII Ex coitu languidus destitit *(admissarius)*. X Adultus vel quadrimestris evasit *agnus*; Flavit *follis fabri ferrarii*.

جفر *Pl.* جفار, جفرة, جفور *et* أجفار Puteus cuius inferior pars ampla est; Puteus oppletus vel aliqua parte oppletus; Adultus ovis agnus, *vel* quadrimestris; Annosi capri montani pullus; Qui incrementum capit et iam edit non solum matris lacte nutritus *puer*. علم الجفر Ars divinandi ex Djefr *i. e.* membrana camelina, quam quidquid fato iubente fuit, est eritque signis mysticis consignatum ab Ahlio ben-Abi-Thaleb continere ferunt. منهدم الجفر Is cui prudentia non est. من جفرك, من جفرك *et* من جفرتك Tui ergo, propter te *fecit*.

الجفار Putei; Lacte abundantes *cameli*.

جفرة Agnus *(fem.)* adultior, quadrimestris; *et* Puella, quae incrementum capit et edit (non solum lacte matris nutrita).

جفرة *Pl.* جفر *et* جفار Amplitudo rotunda et circuitus alicuius terrae; Venter seu interior capacitas eius, Medium corporis, *vel* cavum pectoris, Medium *equi*.

جوفر *i. q.* جوهر.

جيفر Leo fortis, vehemens.

جفير Pharetra, ex pelle et sine ligno confecta vel ex ligno sine corio confecta *(Haec est sententia Ibn-Doraidi; nam ex pelle confectam pharetram appellat* كنانة, *conf.* قرن *et* جعبة), amplior quam كنانة, *et Proverb. locut.* ليس فى جفيره الا زندين Homo nequam est.

جفرى *i. q.* كفرى *i. q.* كافور Spatha palmae. *Diosc. I.* 150. *Beith.*

جفرى *et* جفراء Repositorium; Spatha palmae.

مجفر Cibus qui venerem impedit.

مجفر *F. c.* ة Amplo ventre praeditus *equus vel camelus (in codice Djeuh. lego* مجفر). مجفر الاضلاع Amplas costas habens *equus*.

مجفر Is cuius odor *(corporis)* corruptus est.

مجفرة Res quae venerem impedit. *Inde dicitur* الصوم مجفرة للنكاح.

جفز Celeritas in incessu.

جفس *n. a.* جفس *et* جفاسة Stomacho gravatus fuit eiusque laboravit indigestione.

جفس Degener et illaudatus (fatuus).

جفس *Id.*

جفيس *Id.*

جفش Leniter expressit, *vel* mulsit extremis digitis.

جفظ Impletio; Rudens navis.

جفيظ Inflatum tumidumque *(cadaver)*.

اجفاظ *pro quo et* اجفاظ Intumuit *(cadaver)*.

جفع Prostravit.

جفل *n. a.* جفول 1) Celeriter leviterque incessit, cucurrit vel abivit; retrocessit territus *equus*; Fugit, *et trans.* Fecit ut abiret; 2) *n. a.* جفول Disiectus circa caput sparsusve fuit *(capillus)*; 3) Merdam excrevit *(elephas) a* جفل; Effudit *aquam* ut non amplius haberet *nubes*; 4) *F. i.* Decorticavit, avulsit *c. a.*; verrendo reiecit *(lutum) c. a. r.*; Carnem ab osse removit *c. a. et* عن; 5) Ad litus eiecit *pisces mare c. a.*; Propulit *nubes ventus*; Commovit et propulit *struthiocamelum marem c. a.*; 6) Combussit *(stramen) c. a.*; 7) Prostravit *aliquem c. a. p.*; 8) Splendentem, puram habuit aquam *nubes (vid.* جفر). II Fecit ut abiret; Decorticavit *c. a.*; Verrendo reiecit *(lutum) c. a. r.* IV Celeriter cucurrit *(struthiocamelus)*; retrocessit, aufugit celeriter; Ad celerem cursum, fugam adegit *struthiocamelum c. a.*; Abiit *(populus)*; Movit loco; Rapide spiravit *(ventus) c.* ب *r.*; Fecit ut merdam excerneret. V Plumas cervicis direxit *(gallus)*; Celeriter abiit, fugit. VII Movit loco abiitque *(populus)*; Celeriter latus fuit; Praeteriit periitque *(umbra)*.

جفل Trepidatio, fuga; Nubes, quae aquam suam effudit, *vel* aqua eius; Struthiocamelus mas, qui ab omni re fugit; Formica; *pro* جثل Formicae nigrae; *Pl.* جفول Navis; Merda elephantis.

جَفْلٌ *Pl.* أَجْفَالٌ Merda elephantis.

جَافِلٌ *Pl.* جُفَّالٌ Celer levisque; Rapide fugiens; Turbatus, commotus *(animo vel corpore)*; Coma volitans. *Reisk.*

جُفَالٌ Quicquid rapit asportatque aquae fluxus (*vid. et* جفا); *etiam* Spuma *lactis*, *ollae*; Multum; Lana multa: aut tonsura tota ut nihil in terram decidat; Coma diffusa longa ac pendula. *Reisk.*

جَفَلَةٌ Multa folia habens *arbor.*

جُفْلَةٌ Lana detonsa unius ovis.

جَفُولٌ *Pl.* جُفُولٌ Celeriter incedens *equus*; *Pl.* جُفْلٌ Ventus concitans nubem; Magnus, numerosus; Mulier magna; Coma multa praeditus.

جَفِيلٌ Multus; Id quod de segete desecatur, quum alta est.

جَيْفَلٌ Nomen mensis ذو القعدة.

جَافِلَةٌ Celer, rapide spirans (*ventus*).

جُفَالَةٌ Quod despumando eximitur ab olla; Id quod eiicit fluctus; Turba, caterva.

أَجْفَلَةٌ Agmen; caterva; *in Accus.* Catervatim (*ut* ازفلة).

دَعَاهُمُ ٱلْجَفَلَى *et* الأَجْفَلَى Invitavit eos omnes ad convivium (populare seu commune), pauperes divitesque (*vel* اجفلى multitudinem in omnibus rebus *significat*).

إِجْفِيلٌ Pusillanimis, timidus; Qui re minima terretur struthiocamelus mas, qui ab omni re fugit, *propr.* celeriter abiens; Arcus, longius mittens sagittas; Mulier annosa.

أَجْفَلَى Caterva, cuiusvis rei agmen: hominum pecorumque.

مُجْفِلٌ Celer, rapide spirans *(ventus)*; Abiens; Celeriter fugiens *(struthiocamelus)*.

مِجْفَالٌ Celer incessu.

مِجْفَالَةٌ Rapide currens.

جَفْلَقٌ Carnosus. Sepes lignea ex tignis palisve aut longuriis constans.

جَفْلَقَةٌ Hypocrisis, quae ostenditur in sermone et eundo.

جَفَنَ Iugulavit *(camelam)* *c. a.*, et eius carnem in scutellis edendum dedit *c. a.* II Apposuit scutellam *tum ut* IV Veneri multum indulsit.

جَفْنٌ *Pl.* أَجْفَانٌ, أَجْفُنٌ, جُفُونٌ Palpebra *(oculi)*; Vagina *gladii*, *conf. Hamas. p.* 551 (*quoque* جِفْنٌ); *Coll.* Radix vitis *vel* palmes *(vitis)*; *vel* Species quaedam uvarum; Abstinentia vel cohibitio animi a rebus turpibus; Arbor boni odoris.

جِفْنٌ Palpebra.

جَفْنَةٌ *Pl.* جِفَانٌ *et* جَفَنَاتٌ *nom. unit. a* جَفْنٌ Scutella lignea, eaque maior; *item* Vir liberalis ac nobilis; Puteus parvus; *sed hoc postremum etiam cum Damma primae esse vult Mar.*

جُفَيْنَةُ Nomen personae, *a qua proverbium* عند جُفَيْنَةَ خَبَرٌ يَقِين *originem traxit. Sed dubitatur utrum* جُفَيْنَةُ *an* جُهَيْنَةُ *dicendum sit. (Vid. Meidanium et Kamusum, Harir. ed. Sacy p.* 219.*)*

جَفَا *ultima* و *et* ى *n. a.* جَفْوٌ, جَفَاءٌ 1) Iniuria affecit: duriter et inique tractavit *c. a.*; Molestum *alicui* fuit *c.* على *p.*; 2) Non curavit *(suas opes)* *c. a.*; 3) *F. o. n. a.* جَفَاءٌ *et* جفاءة Non permansit suo loco; non inhaesit congruitve *(res)* suo loco; جفا جنبه عن الفراش Haud tranquillus cubavit in lecto; 4) Sustulit *a dorso ephippium c. a. r. et* عن *r.* *(A Djeuhario vero primae formae intransitiva significatio:* Decessit ephippium *tribuitur; quam magis probo.* II Sustulit *ephippium ab equi dorso (Gol. ex Mar.; quod pro quarta forma non probandum videtur).* III Removit abduxitve *c. a. et* عن. IV Iniuria affecit: duriter et inique tractavit *c. a.*; Sustulit abduxitve *ab equi dorso ephippium c. a.*; Imperitus fuit (*Gol. ex Mar.*); Fatigavit (*iumentum*) neque permisit, ut ederet *c. a.* VI Non curavit *(suas opes)* *c. a.*; Non inhaesit congruitve *(res) suo loco*; Separatus, remotus fuit; Ab una parte in alteram inclinatus fuit; تجافى جنبه عن الفراش Reclinatum fuit latus eius de lecto. VIII Loco suo movit *c. a.* X Iniurium et iniquum aestimavit *c. a. p.*; Duram aestimavit *rem c. a.*; Iniquus evasit acciditve (*Gol. ex Mar.*).

جَافٍ *pro* جَافِي *Pl.* جُفَاةٌ Peccator; Stolidus; Qui natura durus et immitis saevusque est. جافى الخَلْق Crasso corpore praeditus. جافى الخُلْق Duris et asperis moribus praeditus.

جَفًا Durities, iniuria, iniquitas, Molestia.

جَفَاءٌ *Id.*

جَفْوٌ *Id.*

جَفْوَةٌ Iniuria. بِهِ جَفْوَةٌ Iniuriam passus est; فِيهِ جَفْوَةٌ (*et quoque* جِفْوَةٌ) Iniustus est.

مُجْفُوٌّ Iniuria affectus.

جفا *F. i.* (جَفْيَتُه) Prostravit *c. a. p.*

جَفَايَةٌ Navis vacua.

مَجْفِيٌّ Iniuria affectus. (*Et hoc Djeuharius a* جفا *tertiae* و *derivandum esse contendit; negat enim dici* جفيت).

جَقَّ Stercus excrevit (*avis*). *Kam.* (*A Kamusi auctore observatur, litteram* ج *haud iungi cum littera* ق *nisi in vocibus peregrinis et in talibus, quae sonum describant.*)

جُقَّةٌ Camela senio confecta.

جَكْجَكَةٌ Sonus ferri in ferrum illisi.

جَكَرَ Necesse habuit. IV Molestus fuit venditurus rogando ut emeret.

جُكْرَةٌ *Dem.* جُكَيْرَةٌ Id quo facto opus est.

جَلَّ *F. i.* 1) *n. a.* جَلَالٌ Magnus et illustris fuit, eminuitque dignitate et maiestate; 2) *n. a.* جَلَالَةٌ *et* جُلَّةٌ Annosus et expertus evasit; *quasi contr.* nimis parva vel iuvenca, et impar fuit atque immatura *virgo partui c.* عن; 3) *F. o. n. a.* جُلُولٌ Migravit, decessit *e domicilio suo c.* عن *l.* (*conf.* اجلى , جلى); 4) *F. o. n. a.* جُلُولٌ : جَلُّوا الأَقِطَ Maiorem lactis acidi partem sumserunt; 5) *n. a.* جَلٌّ *et* جِلَّةٌ Collegit manu stercus camelinum *c. a.* (*vid.* جِلَّةٌ); 6) Stragula texit (*iumentum*) *c. a.* (*conf.* جُلّ); 7) جَلَلْتَ هذا على نفسك Hoc tibi ipsi imputes! (جنيت). II *n. a.* تجليل Communis fuit, et communiter affecit: *uti pluvia terram c. a.*; Texit, cooperuit; Stragula texit (*equum*) *c. a.* IV Magnum et illustrem habuit: reveritus fuit, magnificavit *c. a.*; Dedit *alicui* جليلة *i. e.* camelam, quae semel peperit *c. a. p.*; Dedit multum *alicui c. a. p.*, *ut in his* ما اجلنى ولا ادقنى Neque multum nec parvum mihi dedit; Crassum ostendit; Robustus fuit; *et contr.* Debilis fuit; Sumsit eius stragulam *c. a. p.* V Tectus et amictus fuit; Superior evasit, superavit *c. a.* *inprimis* dignitate; Equo insedit (*Gol. ex Mar.*); Magnificatus fuit, *et* Quod maius et illustrius erat accepit. VI Dedignatus fuit, abstinuit *aliqua re c.* عن; Sumsit eius stragula *c. a. p.* VIII Collegit *merdam camelinam c. a. ad foci usum. Vid.* جلة.

جُلٌّ Tegumentum iumenti; *Pl.* جُلُول Velum navis; Iasminum *et* Rosa tam alba quam rubra et flava (*a Pers.* گل *et hanc ob causam* جُل *est usitatius*); *item* Magnus, illustris, *et contr.* Despectus; *it.* Grave quid; Calamus segetis tempore messis (stipula).

جِلٌّ Magnus, illustris; Calamus segetis tempore messis (stipula: قصب الزرع اذا حصد); Grossus et rudis, *in his*: ما له دِقّ ولا جِلّ; Stratum laneum tale asperiusque; Vestitus, operimentum.

جُلٌّ *Pl.* جِلَالٌ *et* أَجْلَالٌ (*et Pl.* جلالات. *Salad.* 108) *Pers.* جُلّ Stragula, tegumentum iumenti; Tegumenta, vestes et alia huius generis ex supellectile; Calamus segetis tempore messis (stipula); *nom. unit. c.* ة Iasminum *et* Rosa alba et rubra, flava (*a Pers.* گل); *item* Quod maius et praecipuum est *in aliqua re c. d. c.*; Magnus, corpulentus; Maior, potior pars *rei*; Locus, ubi figitur *tentorium*, *vel* aedificatur *domus.* فعله من جلك Fecit id tua causa.

جَلَلٌ Negotium magnum et grave; *et contr.* parva et facilis res, *Hamas. p.* 457; فعله من جَلَلِكَ Tua causa id fecit.

جَلَالٌ Magnitudo (*quae vox ut contendit Alazmai nonnisi in Deo adhibetur*) ac maiestas; من جلالك Propter te, tua causa.

جِلَالٌ *Pl.* أَجِلَّةٌ Stragulum (*in Kamuso vero* جلال *Pluralis vocis* جُل *est et* اجلة *inde Plur. Plur.*).

جُلَالٌ *F.* ة Crassus; Magnus, illustris: omne ex Dei attributis *ita appellatur*, quod cum vi et ira cohaeret; Praecipua, maior, potior pars (*rei*); Clara rudens voce *asinus*; Annosus.

جَلَّةٌ Stercus animalis globosum, et unus stercoris globulus; *vel* stercus non fractum.

جِلَّةٌ Annosus et magnus: *sive homo sive camelus sit; pro Sing., Plur., Masc. vel Fem., aut est Fem. Amrui ben-Kelth. Moall. v.* 69; Donec anteriorem (*anno octavo vel nono*) dentem accepit *hoc nomine appellatur camelus, aut est camelus* sexennis, *aut dicitur* جمل جل *et* ناقة جلة. جِلَّةٌ *Coll.* Principes, primores; Stercus cameli, *et* unus stercoris globulus *vel* stercus non fractum.

جُلَّةٌ *Pl.* جُلَل , جِلَالٌ Cophinus ex foliis palmarum magnus in dactylorum usum paratus; Stercus cameli et unus stercoris globulus, *vel* stercus non fractum.

جُلَّى Negotium magnum et difficile. *Conf. Hamas. p.* 218.

جَلِيلٌ *F.* ة *Pl.* جِلَّةٌ *et* أَجِلَّةٌ Magnus, illustris; magnus camelus; Annosus, expertus; Rudis, grossus; non accuratus; *Pl.* جَلَايِلُ Susurro, delator; *Coll. nom. unit.* جليلة *Pl.* جَلَايِلُ *i. q.* ثُمام Herba quaedam tenuis, tritici forma, qua infarciuntur opplenturve cervicalia et domorum rimae.

جُلَّالٌ Magnus, illustris.

مُحَصْرَم Tenax, avarus. شاعر مُحَصْرَم *i. q.* مُخَضْرَم *i. e.* Poeta qui tam tempore ante Muhammedem quam Muhammedis vixit; *et* زُبْد مُحَصْرَم; Cremor dispersus, qui non se colligit ob frigus vehemens.

حَصَفَ *n. a.* حَصْف Longe removit. b) حَصِفَ *n. a.* حَصَف Scabie sicca vel impetigine laboravit. c) حَصُفَ *n. a.* حَصَافَة Firma mente ac iudicio praeditus, prudens fuit. IV Longe removit; Firmiter torsit *funem c. a. r.*; Firmo solidoque iudicio tractavit et stabilivit (*rem*) *c. a.*; *Intrans.* Velociter transivit, cucurrit (*equus, vir*). X Firmum firmatumque fuit (*negotium*); Dura et adversa fuit (*fortuna*) *c.* على *p.*; Angusta fuerunt *genitalia feminae* et sicca in congressu.

حَصَف Scabies sicca; et impetigo.

حَصِيف Firmo iudicio ac mente pollens.

مُحْصِف Celeriter praeteriens, currens *equus.*

مُحْصَف *Id.*

مِحْصَاف Celeriter praeteriens, currens *equus*; *vel* Is qui cursu glaream spargit, *vel* propinquis gressibus celeriter currens.

حَصْكَة Candelabrum. *Gol. ex Afr.*

حَصَلَ *n. a.* حُصُول *et* مَحْصُول (*tanquam nomen actionis*) Superfuit, reliqua separata parte, provenit, exstitit, contigit *c. a. p. et c.* ل *p.*; Versatus fuit, attigit *c. a.*; Manifestus fuit. b) حَصِلَ 1) Terram glareamve voravit, ex quibus, quum in ventre remanerent, dolores percepit *iumentum*; 2) Laboravit lapidibus in vesica urinae orientibus (*puer*). II *n. a.* تَحْصِيل Produxit vel habuit dactylos immaturos حصل appellatos (*palma*); Gemmas florum flavas habuit (*palma*); Effecit ut distingueretur et proveniret id quod remanens et stabile erat caeteris disparentibus; Selegit; Acquisivit *c. a.*; Legit (*librum*) *Gol. ex Mar.*; Ad summam ac sensum suum redegit (*sermonem*) *c. a.* IV Habuit vel produxit dactylos immaturos حصل appellatos (*palma*); Flavescentes gemmas florum habuit vel produxit *palma.* V Provenit, contigit; Collectum fuit et stabile.

حَصَلٌ *Coll.* Dactyli immaturi بلح appellati, *aut* quum nondum multum incrementi ceperunt, *aut* quum multum incrementi ceperunt et rotundi facti sunt; Gemmae florum palmarum (طلع) flavescentes.

حُصَلٌ *Id.*; Id quod e frumento abiicitur, *ut lolium*; Id quod remanet e hordeo vel tritico in area, quum pravum eius reiectum est.

حَاصِلٌ *Pl.* حَوَاصِلُ Apparens, manifestus; Remanens et stabile reliquis rei partibus abeuntibus; Proveniens, productus, summa, id quo res redit; Proventus; Commodum, utilitas *Gol. ex Mar.*

حَوْصَلَ *denom. a* حوصل Implevit ingluviem (*avis*). (*Firuzabadii et Djeuharii auctoritatem secutus huic verbo et cum eodem cohaerentibus sub radice* حصل *locum dedi, quippe quorum significationes quodammodo cognatae esse videantur.*)

حَوْصَلٌ Ovis, cuius pars ventris supra umbilicum magna est; Locus aquae in remotissima parte *receptaculi*; *item uti et* حَوْصَلٌ Ingluvies *avis vel eius* stomachus.

حَصِيلٌ Nomen plantae.

حُصَالَةٌ Gluma aut lolium quod e frumento abiicitur; *et contra* Frumenti pars remanens in area, postquam pravum reiectum est; *et in genere* Quod everritur, quisquiliae. *Meid. Merc. utrumque.*

حَوْصَلَةٌ Inferior pars ventris usque ad pubem (*de omnibus animalibus*); Locus aquae in remotissima parte *receptaculi*; *item ut* حَوْصَلَّةٌ Ingluvies *avis vel* stomachus (*idem in avibus ac* معدة *in hominibus significat*); *Pl.* حَوَاصِلُ Loca, ubi res reconduntur et asservantur (*Magazine*); *item* حواصل Nomen animalis, ex quo fiunt pelliceae vestes. *Gol. ex Mar.*

حَصِيلَةٌ *Pl.* حَصَايِلُ Proveniens et remanens rei pars vel summa caeteris disparentibus.

حَوْصَلَاءُ *et* حَوْصَلَّاءُ Ingluvies *avis vel* eius stomachus.

اِحْوَنْصَلَ Flexit collum et prodire fecit ingluviem.

تَحْصِيلٌ Emolumentum; *et term. philos.* Conclusio ex praemissis.

مَحْصُولٌ Id quod provenit, summa, et quo res redit.

مُحَوْصَلٌ Is cui inferior pars ventris ut praegnantis prominet.

مُتَحَصَّلٌ Productus, summa.

مُحَصِّلَةٌ Femina, quae colligit terram fodinae.

مُحَوْصَلٌ Is cuius ventris pars inferior ut praegnantis prominet.

حِصْلِبٌ Terra (تراب).

حِصْلِمٌ Terra (تراب).

حَصَمَ *F. i. n. a.* حَصْمٌ 1) Pepedit, *vel proprie de equo c.* ب; 2) Fregit *Gol. ex Mar.* VII Fractum fuit (*lignum*).

حُصَامٌ Crepitus ventris.

حَصُومٌ Frequenter pedens.

حَصِيمٌ Glarea parva.

حَصْمَاءُ Pedens asina.

حَصَّامٌ *Fem. c.* ة Frequenter pedens. (*Gol. ex Kamuso; in editione autem Calcutt. non exstat.*)

مِحْصَمَةٌ Instrumentum, quo ferrum contunditur.

حَصَنَ *et* حَصُنَ *n. a.* حَصَانَةٌ 1) Firmus, munitusque fuit. b) حَصُنَ *n. a.* حَصْنٌ, حِصْنٌ, حُصْنٌ Domi se continuit tecta ac custodita, pudica fuit *mulier.* II Firmavit; muro cinxit, munivit *c. a.*; Custodivit, uti uxorem domi *maritus; aliquid ab aliquo* custodivit *c. a. r. et* من *p.*; *Intrans.* Pudica fuit, *et* Domi tecta se continuit *Gol. ex Mar.*; Continens fuit (*vir*) *Gol. ex Mar.*; Uxorem duxit; Nupsit *Gol. ex Mar.* (*Plures ex significationibus, quas Golius ex Mar. adnotavit, potius coniugationi quartae tribuendae videntur*). IV Munivit *c. a.*; Custodivit (*feminam*) domi *c. a. p. maritus*; Domi tecta se continuit et pudica fuit, *aut* nupta *aut* pudica fuit *mulier*; Uxorem duxit; Pudicum reddidit *aliquem matrimonium.* V Semet munivit: munimento se conclusit *hostis*; Pudica fuit *mulier*; Admissarius evasit (*equus*) *Gol. ex Mar.*

حِصْنٌ *Pl.* حُصُونٌ, حِصَنَةٌ, أَحْصَانٌ Locus munitus ad cuius interiores partes perveniri non potest; arx; Interitus; Arma. ابو الحصن Vulpes.

حُصْنٌ Pudicitia.

حَاصِنٌ *et quoque Fem. c.* ة *Pl.* حَوَاصِنُ *et* حَاصِنَاتٌ Pudica, *ut dicatur* امرأة حاصن *et* امرأة حاصنة; الحواصن Gravidae; Res, quae omnium usui non patet *Reisk.*

حَصَانٌ *Pl.* حُصُنٌ *et* حَصَانَاتٌ Pudica vel nupta *mulier*; Margarita, unio.

حِصَانٌ *Pl.* حُصُنٌ Equus nobilis et pulcher: *inprimis* admissarius; *tum cuivis admissario hoc nomen inditur, est opp.* حِجر.

حَصْنَاءُ Pudica *mulier.*

حَصِينٌ *F.* ة Munitus, firmus. *Dicitur* درع حصين *et* درع حصينة Lorica firma. Locus talis, carcer. *Gol. ex Mar.*

الحَصَانِيَّاتُ Aves quaedam.

أَحْصِنَةٌ Cuspides sagittarum.

مِحْصَنٌ Sera, pessulus; Canistrum; Ferramentum quoddam in fraeno equi *et* fraenum ipsum. *Jac. Schult.*

رجل مُحْصَن Vir pudicus; Matrimonio iunctus.

مُحْصَنَة Nupta *aut* pudica *aut* gravida *mulier.*

مُحْصِنَة *Id.*

حَصَا *n. a.* حَصْوٌ Prohibuit, impedivit *c. d. a.*

حَصْوٌ Dolor in intestinis (مغص).

حَصَى (حَصَيْتُ) Glarea percussit *aliquem c. a. p.* b) حَصِيَ 1) Vestigium impressit, signavit *c. a. r.*; 2) Lapillis abundavit (*terra*). c) حُصِيَ Calculo vesicae laboravit. II *n. a.* تَحْصِيَة Protexit *aliquem c. a. p.* IV Numeravit *vel* memoriae mandavit, *vel* scivit, cognovit *rem c. a. r.*; *item* Scripsit, narravit; Ordinavit. أَحْصَيْنَا Pervenimus ad glaream, nil reliquum est. V Cavit sibi.

حَصًى Numerus, vel numerus magnus, multitudo; *et Coll.* Glarea; Capillus; calculus (*et de calculis tam in vesica quam in renibus ortis vocem usurpant*). طَرْقُ الحَصَا Species quaedam praesagii.

حَصِيّ Multa prudentia praeditus.

حَصَاةٌ *Pl.* حَصًى *et* حَصَيَاتٌ Lapillus unus; Calculus ex urina in vesica ortus. حصاة المسك Frustum musci durius, quod in folliculo subinde reperitur; *item* Prudentia, consilium. ذو حصاة Intellectu ac mente praeditus; Animi secreta continens.

مَحْصَاةٌ Lapillis et glarea abundans (*terra*).

حَضَّ *n. a.* حَضٌّ, حُضٌّ, حِضِّيضَى *et* حُضِّيضَى Incitavit, instigavit *ad aliquam rem c. a. p. et* على *r. conf.* حثّ. II *n. a.* تَحْضِيض *Id.*; Avidumque et cupidum reddidit *c.* على *r.* III Instigavit et cupidine incendit, adegitque (*alium*). VI Instigarunt se invicem, alter alterum. VIII اِحْتَضَضْتُ نفسى Vilem, despectum me ipsum reddidi (*conf.* ابتض).

حُضٌّ Incitamentum. (*Sunt qui contendant hanc formam nomini esse tribuendam, nec vero nomini actionis*).

حَضَضٌ *coniunctum c.* بَضَضٌ Aliquid, res.

حُضَضٌ Succus lycii *cuius usus in medicina describitur in Kamuso. Diosc. Beid.*; Planta quaedam; Medicamentum quod ex urina camelorum paratur.

حُضُضٌ Succus lycii.

حَضِيضٌ *Pl.* حُضُضٌ *et* أَحِضَّة Inferior extremitas rei *Gol. ex Mar.*; Absis ima eccentrici: *oppos. est* أوج *Astron.*; Solum depressius, *et* Pes montis.

حَضِيضَة *coniunctum c.* بَضِيضَة Id quod aliquis possidet.

حَضُوضَى Longinquitas; Ignis.

حُضِّيّ *quasi deriv. a* حَضِيض Lapis qui in pede montis reperitur.

حَضُوضَاةٌ *i. q.* ضَوْضَاةٌ.

حَضَأَ *F. a.* 1) Incendit, *vel* commovendo aperuit, ut arderet (*ignem*) *c. a.*; 2) Accensus fuit (*ignis*). IV *Id.* VIII Incendit (*ignem*), aperuit illum, ut arderet.

حَضِيّ: أبيض حَضِيّ Admodum albus.

مِحْضَأ *et* مِحْضَاءُ Rutabulum ligneum; *vid.* حصى.

حَضَبَ *F. i.* Effecit, ut *ignis* se extolleret *vel* lignum iniecit *c. a.* b) حَضِبَتِ البَكْرَةُ Intravit funis inter rechamum (قعو) et trochleam (بَكْرَة) *c. a.* IV Effecit, ut se

extolleret *ignis vel* lignum iniecit *c. a. r.*; Reiecit funem a trochlea ad cursus sui locum. V Praetulit viam asperam propinquiorem viae aequali sed longinquiori.

حَضْبٌ Serpens *aut* serpens mas crassus *aut* albus *aut* tenuis; Conversio funis, donec dissolvatur (انقلاب الحبل حتى يسقط *Kam.*); Introitus funis inter rechamum (قعو) et trochleam (بَكَرَة); Celeritas, qua capitur laqueo avis رهدن appellata, dum granum rostro legit.

حَضَبٌ *Pl.* أَحْضَابٌ Sonus quem arcus edit; Serpens *aut* serpens mas crassus *aut* albus *aut* tenuis *Domair.*; *item* Pes montis et latus *eius.*

حُضُبٌ Sonus, quem arcus edit.

حِضْبٌ (*i. q.* حَضْبٌ) *et quoque* حَضَبٌ Fomentum ignis.

مِحْضَبٌ Rutabulum; Sartago (مقلى); *et Metaph.* Concitator belli.

حضابر *gen. comm.* Hyaena. *conf.* حضاجر.

حَضَجَ 1) Accendit (*ignem*) *c. a.*; 2) Percussit; 3) Cucurrit; 4) In ventrem tantum immisit, ut paene disrumperetur; 5) Immersit (*in aquam*) *c. a. r. et* في. II *n. a.* تحضيج Cum defectu breviterque locutus est. VII Exarsit ira; Inter lavandum contudit vestem *Gol. ex Mar.*; Expansus fuit in terrae superficie.

حِضْجٌ Vilis, ignobilis; pusillanimis *Gol. ex Mar.*; Aqua remanens in receptaculis aquae حوض appellatis; Tractus, latus.

حُضُجٌ Aqua remanens in receptaculis aquae حوض appellatis.

حُضَاجٌ Dorso sicut arcus incurvato et ventre prostante praeditus.

مِحْضَجٌ Instrumentum, quo ignis movetur; Rutabulum; Declinans a via.

مِحْضَاجٌ Rutabulum.

حَضْجَرَ Implevit *vas c. a. r.*

حِضَجْرٌ *Pl.* حَضَاجِرُ Magnis clunibus praeditus, crassus; Magno ventre praeditus *de omnibus animalibus*; *et* Uter *vel potius* capax. إبل حضاجر Cameli quorum ventres intumuere quum voraverint herbas حمض et aquam biberint.

حَضَاجِرُ *Vox indecl. Nomen proprium* Hyaenae *vel* pulli hyaenae.

حِضَجْرَةٌ Quos dispersos, quum multi sint, colligere bene non potest.

ضَرَّةٌ حُضَجُورٌ Mamma crassa.

حُضَاجِمٌ *et* حِضَاجِمٌ Durus et crassa carne vir.

حُضُحُضٌ Nomen plantae cuiusdam.

حُضَضٌ *et* حُضُضٌ *i. q.* حُضَضٌ.

حُضُضٌ *i. q.* حُضُضٌ.

حَضَرَ *F. o. n. a.* حُضُورٌ 1) Praesens fuit *alicui c. a. p.* vel venit (*et c.* عن *p.* Rediit *ab aliquo*); Recessit *ab aqua c.* عن; Pervenit *ad aliquem c.* الى *p.*; 2) Affecit (*eum*) tenuitque (*cura*) *c. a. p.*; Nocuit *c. a.*; *sic in his Corani verbis explicatur* أعوذ بك رب أن يحضرون Ad te confugio domine, ne me Daemones damno affligant; 3) Bono statu fuit (*Gol. ex Mar.*); 4) *n. a.* حُضْرٌ Cucurrit *Gol. ex Mar.* b) حَضِرَ *n. a.* حَضَارَةٌ Praesens fuit *et tum tanquam verbum transitivum construitur*, *ut dicatur* حَضِرَهُ Praesens ei fuit (*hic vero enunciandi modus, a grammatico Alferra adnotatus, rarior praecedente est*) *et quoque c.* ل. III *n. a.* محاضرة Conflixit *unus cum altero c. a. p.*; Aequaliter genua genubus applicando *iuxta aliquem apud regem* sedit *c. a. p.*; *n. a.* حِضَارٌ Cucurrit *cum aliquo c. a. p.* حاضره على حقه Disceptavit cum eo de eo, quod ei deberetur et hoc vincens eidem eripuit; *item* Ante maturitatem vendidit fructus: *quasi pro praesentibus futuros, quod lege vetitum, Gol. ex Mar. sed rectius videtur* خاضر; Cucurrit equus in stadio *Reisk.* IV Adduxit, praesentem stitit, vel adesse iussit; In praesentiam *alicuius* adduxit *aliquem c. d. a.*; *Intrans. n. a.* احضار Cucurrit se extollens (*equus, iuvenis, dorcas*). V Affecit laesitque *cura aliquem c. a. p.*; Praesens fuit; *et tum tanquam verbum transitivum construitur*, *ut dicatur* تحضره Praesens ei fuit; Commoratus fuit in regione in qua sunt fixa domicilia. VIII Affixit *aliquem cura c. a. p.*; *et Intrans.* Praesens fuit, praesens venit, praesentem se stitit; In regionem, in qua sunt fixa hominibus domicilia venit; Cucurrit se extollens (*equus, iuvenis, dorcas*); Multo lacte praedita

evasit (*camela*) *Gol. ex Mar.* *Pass.* احتضر Mors aderat alicui. X Cucurrit se extollens; *et quoque* Ad cursum impulit *c. a.*; *et Intrans.* Praesens adesse seu venire voluit; In memoriam ac mentem venit, succurrit, revocavit *c. a.*

حَضَر Locus habitatus, *spec.* fixus, et extra campum; Habitaculum eiusque anterior pars, area; Pubes tam viri quam feminae; Captare tempus cibi sumendi aliorum, ut adesse quis posset; Pars adipis in parte corporis, vel supra eandem, quae مانة appellatur.

حُضْر Equi cursus in quo se extollit.

حَضَر Praesentia. بِحَضَرِه Eo praesente; Regio in qua sunt habitacula fixa (*ut domus non tentoria, contrarium est* بادية). لا في السفر ولا في الحضر Nec domi neque foris.

حَضِر Nolens iter facere *vel* fixa stabilique vivens mansione; Is qui captat tempus cibi sumendi apud alios ut eis adsit.

حُضُر Is qui captat cibi sumendi tempus apud alios ut eis adsit; Homo facundus et peritus in iurisprudentia.

حُضُر Vir qui haud invitatus ad vinum bibentes venit et una cum iis bibit; Cursus vehemens.

حَاضِر *Pl.* حُضَّر , حَضَرَة Praesens. *Plur.* حَوَاضِر Coram veniens vel coram consistens. *Pl.* حُضَّار Incola; accola *c.* ب *vel c.* على , *ex. gr.* فلان حاضر بموضع كذى Quidam talis loci incola est; Fixum et stabile habens domicilium; *et* Tribus Arabum magna, *ut dicatur* حاضر طيئ Tribus Thai. *conf. Selecta ex historia Halebi p.* 44 *sq. adn.*

حَضَارِ Nomen stellae. *Dicitur proverbiali locutione* حضار والوزن مُحْلِفان Stella Hadhari et Alwasn ad iusiurandum impellunt, *quippe quae, quum ante Canopum oriuntur, sunt in causa, cur aliquis easdem cernens iuret ipsas esse Canopum.*

حِضَار *Sing. et Plur.* Praestantes *vel* Rubri *de camelis.*

حِضَار Praestantes *vel* rubri *de camelis*; *et* A natura facie puellae praeditus; *item* Robusta et bene incedens *camela*; Cursus equi in stadio *Reisk.*

حُضَار Morbus, quo cameli tentantur.

حَضْرَاء Festinans in edendo et bibendo *de camelis vel aliis.*

حَضْرَة Praesentia. حضرة الجمع et حضرة الوجود *i. q.* حضرة حقيقة الحقايق *quod vide.* بحضرته Praesente eo: coram ipso. Domicilii fixi locus; *Serioribus paulo ut videtur temporibus* Maiestas regia, rex, aula regia; urbs, in qua est regis sedes, *et tum* Magna urbs *et* Princeps.

حَضَرَة Praesentia. حَسَنُ الحَضْرَة Is cuius praesentia bonum affert.

حُضْرَة Praesentia.

حِضْرَة Praesentia, *et* Moeror.

حُضُور Praesentia; Bonus status; *et tum licet sit nomen actionis tanquam Plurali utuntur ex gr.* قوم حضور Populus praesens.

حَضَّار Nomen stellae. *conf. Ideler p.* 238. 249. 274.

حَاضِرَة Domicilii fixi et stabilis locus. *Pl.* حَوَاضِر Auris, ansa, *ex. gr.* عس ذو حواضر Magnus scyphus ansis instructus. Nomen herbae Arum appellatae, *sec. al.* fabae Aegyptiacae, quae nomen gerit اذان الفيل.

حَضَارَة Regio vel locus in quo sunt domicilia fixa et stabilia. فلان من اهل الحضارة Quidam oppidanus est; *et contr.* Quidam vitam campestrem agit. *Citab Aladhdad.*

حِضَارَة Domicilii fixi et stabilis locus (*huic contrarium est* desertum, *in quo Nomades degunt*); Subsistere, habitare in regione ubi sunt domicilia fixa et stabilia. (*Hic enunciandi modus ab Abu-Saido affertur, Alazmaius vero vocem cum Fatha vocali enunciandam esse vult.*)

حَضِيرَة *Pl.* حَضِير *Kam.* (*et* حَضَائِر *Djeuh.*) Conventus hominum *aut* quatuor *aut* quinque *aut* octo *aut* septem *aut* decem *aut* Milites per quos in terram hostilem incursio fit *et* Primum agmen exercitus; Aqua flava post partum finitum et postquam sanguis fluere desiit e ventre mulieris fluens, *aut* Sanguis crassus in secundinis *vel* pus in vulnere se colligens.

حَضَرِيّ Id quod domicilia fixa spectat, *vel* cum iis coniunctum est.

حَضَرِيّ Domicilium fixum et stabile habens (*contr.* nomas).

مَحْضَر *Pl.* مَحَاضِر Locus qui incolitur vel accolitur; *item* Praesentia; Reditus ad aquas; Litterae de aliqua re compositae, in quarum margine sunt testium nomina scripta ad probandas in his res relatas. *Conf. Abulf. Ann. T. III. p.* 14; Populus praesens; Sigillum; Locus, in

quo homines praesentes sunt. فلان حسن المحضر Quidam absentis agendi rationem laudat.

مِحْضَار Vehementer currens, *vel* se extollens in currendo. (*Haec vox aut minus probanda aut omnino non adhibenda est.*)

مُحْتَضَر *In his Corani (Sur.* 54. *v.* 28) ونبّئهم ان الماء قسمة بينهم كل شرب محتضر *vox* محتضر *explicatur* „est cuilibet tam hominibus quam camelis portio aquae, quippe quae inter ipsos distributa sit, praesens."

مُحْتَضِر Qui ad domicilium fixum, uti oppidum aut pagum, venit.

مَحْضُور *F.* ة Noxa multa afficiens (*quia daemones adsunt*) *lac.* جبا غير محضور Puteus, cui accolae non sunt.

مِحْضِير *Pl.* مَحَاضِير *comm. gen.* Multum et vehementer currens.

مُحَاضَرة Conversatio.

حَضْرَبَ 1) Valde tetendit (*arcum*) *Gol. ex Mar.*; 2) Valide constrinxit torsitve (*funem*).

مُحَضْرَب Impletus.

حَضْرَمَ 1) Male pronunciavit, praesertim vocales *in sermone c.* فى; 2) Removit, abstulit corticem arborum; 3) Firmo instruxit *arcum nervo c. a.*

حَضْرَمَة Mixtio.

حَضْرَمَوْت *et* حَضْرُمُوت Hadhramaut, Arabiae felicis provincia, tribus; *et quoque* huius nominis urbs. *Ut contendunt Arabum grammatici, proprie duo sunt nomina, unde et dicere licet* هذا حَضْرَمَوْتُ *aut* هذا حَضْرَمَوْتٍ. *Deminutivum vero hoc modo formatur* حُضَيْرِمَوْت. *Plural. est* حَضَارِمَة. *Inde* نعل حضرمية *in Dual.* نعلان حَضْرَمَوْتِيّان Calceus in linguae modum mucronatus; *et* حضرمية Camela inde originem ducens. *Diw. Huds.*

حَضْرَمِيّة Locutio mala, barbarica. *Dicitur* فى لسانه حضرمية.

شاعِر مُحَضْرَم *i. q.* مُخَضْرَم.

حُضَض Medicamentum, quod paratur ex urina cameli; *vel i. q.* حُضُض.

حُضُظ *Id.*

حِضْف Serpens.

حَضَلَ *F. a.* Corrupta fuit (*palma*) in inferiore parte ramorum, qua parte oriuntur. (*Incendunt ignem, quo tam corticis quam ramorum corrupta pars absumatur, quo fit ut sanetur palma.*)

حَضَنَ *F. o.* 1) *n. a.* حَضْن, حِضَان, حُضُون, حِضَانَة Incubavit *ova sua avis c. a.*; 2) *n. a.* حَضْن, حِضَانَة In ulnas cepit et amplexus fuit *puerum c. a. p.*; *vel* educavit (*eum*); 3) *n. a.* حَضْن Non amplius contulit *beneficia in vicinos c. a. r. et* عن *p.*; 4) *n. a.* حَضْن, حَضَانَة Removit, impedivit *aliquem a negotio suo peragendo c. a. p. et* عن *r.*; Removit ab aliqua re *alterum* totam eandem ipse occupans *c. a. p. et* عن *r.* b) حَضِنَ *n. a.* حِضَان Habuit uber unum vel papillam maiorem altera (*de muliere, ove et camela*). IV Abstulit *ius alicuius c.* ب *r.*; Contemsit et vilipendit *c. a. p. vel c.* ب *p.* VI Invicem se amplexi sunt. VIII In ulnas sinumve cepit *vel* educavit *puerum c. a. p.*; Retinuit, impedivit *a negotio suo c. a. p. et* عن *r. Kam.*; Incubavit ovis *Gol. ex Mar.*

حِضْن *Pl.* أَحْضَان, حُضُون 1) Pars corporis sub axillis usque ad hypochondrium (كشح) *aut* pectore et brachiis (عضد) et id quod inter brachia est; *item Pl.* أَحْضَان Latus *rei*; Circumdans regio *vel* radix (*montis*); Latibulum hyaenae.

حِضْن Latibulum hyaenae; Circumdans regio *vel* radix *montis.*

حَضَن Ebur; *et* Mons Arabiae in superiore parte provinciae Nedjd; *inde Proverbium* أَنْجَدَ مَنْ رَأَى حَضَنًا.

حَضْنَة *in his* اصبح بحضنة سوء Iniquitatem ope destitutus perpessus est.

حِضَان Tumor (*ut videtur* شطار) in uno labiorum pudendi, ei similis, qui in viris hernia (ادرة) appellatur (*Djeriri Diw.*), *haec sunt scholii verba* الحضان الشطار فى احد الاسكتين مثل الادرة فى الرجال.

حَضُون Quae unum uber vel papillam longiorem altera habet (*de ovibus, mulieribus, et camelis*); Unum testicu-

lum maiorem altero habens *vir*; Cuius unum labium altero crassius est *pudendum*.

حاضنة Nutrix et educatrix; Palma brevibus racemis dactylorum praedita *vel talis est qualis his Firuzabadii verbis describitur* التى خرجت كبايسها وفارقت كوافيرها وقصرت عراجينها.

سفع حواضن Nigri, in pectore decumbentes (*ita appellantur tripodes*).

الاعنز الحضنية Caprae valde nigrae vel rubrae.

محضن Locus, ubi incubat (*ovis*).

محضن *Id.*

محتضن Pars corporis sub axillis usque ad hypochondrium (*videtur magis poetice quam* حضن).

محضنة Haud profundus catinus in usum columbarum e luto factus.

حضا *n. a.* حضو Movit prunas *ignis*, posteaquam exstinctus fuit *c. a. ignis*.

حضية *pro* حظية *Pl.* حضايا Cara coniux aut pellex (*videtur scribendi modus vitiosus*).

محضاة Rutabulum *Djeuh.*; *vid.* حضا.

محضى *Id. Kam.*

حط *n. a.* حط 1) E superiore loco in inferiorem deposuit, posuit; *et inde* Concessit adversario et e latrunculorum tabula (*Schachbrett*) deposuit latrunculum (*vorgeben*); 2) *Intrans.* Descendit e superiore in inferiorem locum *vir*; *inde* 3) *n. a.* حط, حطوط Deminutum et paucum fuit *pretium annonae*; 4) Instrumento محطة dicto polivit et figuris ornavit *corium sutor*, *ephippiarius*; 5) Pustulam حطاط habuit *facies*, *aut* pinguis fuit; *et* intumuit (تهيج); 6) *n. a.* حطاط Nixus fuit, incubuit in habena super unum latus. b) حط Pulmone uni lateri adhaerente quum laboraret *camelus*, a viro hunc locum brachio fricante hoc malo liberatus est. II Comedit (*cibum*) *c. a. r.* IV Pustularum eruptione laboravit *aut* pinguis fuit et intumuit (*facies*); Demisit, deiecit. VII Demissus, delapsus fuit; Descendit; Properavit in incessu (*camela*); Diminutum fuit (annonae pretium); Pulmonem lateri adhaerentem habuit (*camelus*); Nixus fuit et incubuit in habena super unum latus. VIII E loco superiore in inferiorem deposuit, posuit *rem c. a. r.* X Voluit detrahere *de pretio aliquid c.* من *et c. a.*; Rogavit *aliquem* ut deponeret *ab ipso onus c. a. p. et a. oneris*.

حط Vilitas pretii annonae.

حطط Corpora mollia; *Idem quod* مراكب السفل *vel rectius id quod* مرائب السفل *Kam.*

حطاط *Coll. nom. unit. c.* ة Tubercula seu pustulae quae nascuntur in interiore cutis, quae glandem penis circumdat, parte *vel* in circuitu eius, interdum in facie, purulenta sunt (قيح), sed non gignunt ulcera (قرح); Extremae partes glandis penis; Spuma lactis; Deiectio, depressio.

حطاط Odor pravus.

حطة *Nomen* Demissio rei a superiore loco; Demissio oneris a tergo; *inde hoc Corani* (*Sur. II. v.* 55) *dictum* قولوا حطة *i. e.* حط عنا ذنوبنا; *aliis est*: Dicite لا اله الا الله *Gol. ex Mar.*

حطوط Declivis, depressus; Velox, praestans *camela*; Habenae incumbens *camela*.

حطوط Vilitas pretii.

حطيط Parvus; Tenuis. حطيط الكعب Gracili tarso praedita *mulier*.

حطان Hircus.

حطاطة Parvus; Puella parva; Omnis res, quae parva habetur.

حطايط Parvus (*vir*); nanus. حطايط بطايط Crassus (*de pudendo mulieris*); *item nom. unit. c.* ة Formicula exigua rubra.

حطيطة Quod de rei pretio detrahitur.

حطيطة Teredo.

حطوطى Levis, multum mobilis, agilis *vir*.

حطيطى *nomen* Demissio rei a superiore loco; Demissio oneris a tergo; Parvus.

أحط Glaber lateribus.

محط Locus ubi quis ex itinere descendit deponitque sarcinas, statio, mansio; finis periodi, punctum *Syr.*

مِحَطّ *et c.* ة Instrumentum ferreum ligneumve quo politur corium et figurae ducuntur; *item* Strigil, quo cutis et ensis politur. *Reisk.*

مُنْحَطّ *De humeris* (منكب) *adhibetur ad eos tanquam pulcherrimos describendos.*

مَحَطّة Castra, statio.

مَحْطُوط *Fem.* ة Clunibus protuberantibus non praedita *cauda. Dicitur* مرأة محطوطة الكشح Clunibus protuberantibus, ut latera eius depressa essent, praedita mulier. مرأة محطوطة المتن Lumbis glabris praedita mulier.

حَطَأَ *F. a. i.* 1) *n. a.* حَطْأ Prostravit *aliquem in terram c.* ب *p. et a. terrae*; 2) Percussit in tergo *aliquem* manu expansa *c. a. p.*; 3) Inivit *feminam c. a. p.*; 4) Eiecit *olla spumam c.* ب *r.*; 5) Excrevit *merdam c.* ب *r.*; 6) Percussit; 7) Removit *a consilio capto aliquem c.* عن *r. et* ب *p.*

حِطْء Pars aquae restans.

حِنْطَأ Magno ventre praeditus; Brevis, parvus *vir.*

حِنْطِي Brevis, parvus *vir. Kam. Diw. Huds.*

حَطْأَة Percussio una in tergo manu expansa.

حُطَيِّي Pars sequior *de viris*, *et dicitur iunctim* حُطَيِّي نُطَيِّي.

عنز حِنْطِيَة Caprae crassae, latae.

حُطَيْئَة Vir vilis *vel* parvus; *et c. artic.* Cognomen poetae Djarwal appellati.

حِنْطَأْوَة Magno ventre praeditus.

حَطَبَ *F. i.* Ligno abundavit (*locus*); Lignatus fuit, collegit ligna (*conf.* حطب); Lignatus fuit, *seu* apportavit ligna *alicui c. a. p.*; 2) حَطَبَ فِي حَبْلِهِم *F. i.* Iuvit eos; 3) حَطَبَ فلان بصاحبه Culpavit, calumniatus fuit *aliquis alterum, et c.* على *p. Meid.* IV Ligno abundavit (*locus*); Idonea putationi fuit (*vitis*). VIII Lignatus fuit, collegit ligna; Minutas et aridas lignorum in arbore partes depastus fuit (*camelus*). احتطب عليه في الامر *i. q.* احتقب In se suscepit crimen et culpam in re eoque onustus fuit; Evulsit radices arborum (*pluvia*). X Putationi idonea fuit (*vitis*).

حَطْب Opus magnum et grave, periculum (*Gol. ex Mar. sed rectius esse videtur* خطب).

حَطَب *Pl.* أَحْطَاب Ligna, quibus ignis accenditur, materia foci; Calumnia.

حَطِب *Fem.* ة Valde macilentus *vir*; Infelix, infaustus.

حَاطِب Lignator. حاطب ليل Ligna noctu colligens. *In proverb. usum venit* المِكْثَار كحاطب الليل *Harir. praef. p. 6. sch. l. 7.* هو حَاطِبُ لَيْلٍ Is qui in sermone suo obscurus est et unam rem cum altera miscet. حرب حاطب Magnum bellum.

حِطَاب Putatio vitis, usque ad eam partem in qua succus est.

حَطَّاب Lignorum venditor; *et Adi.* Minutas lignorum in arbore partes depascens *camelus.*

حَطُوبَة Manipulus, fascis ligni aridi.

حَطِيب *Fem.* ة Lignis abundans (*locus*, *terra*).

حَطَّابَة Lignatores *Djeuh.*

حَوَاطِب Colligentes et apportantes ligna *feminae.*

أَحْطَب *F.* حَطْبَاء Valde macilentus; Infelix, infaustus.

مِحْطَب Falx putatoria.

مُحَاطِبَة Spinas aridas devorans (*camela*).

حَطْحَطَ Demissus fuit; 2) Properavit (*conf.* حط).

حَطَرَ 1) Compressit (*puellam*) *c. a. p.*; 2) Tetendit (*arcum*) *c. a.* b) حُطِرَ Prostratus fuit humi.

حَاطُورَة Penetrans *ensis.*

حَطْرَبَة Angustia vitae (*conf.* خطربة).

حِطْل *Pl.* أَحْطَال Lupus.

حَطَمَ *F. i.* 1) *n. a.* حَطْم Fregit *c. a.*, *aut proprie de arida re*; 2) Adussit *frigus herbam Reisk.*; 3) Fregit, debilitavit *senectus aliquem c. a. p.* b) حَطِمَ *n. a.* حَطَم Annosum fractum et debile fuit *iumentum.* II Fregit *c. a. r.* V Fracta fuit *res*; Exarsit (*irâ*). VII Fracta fuit *res aut proprie de arida.*

حَطَم Morbus in pedibus iumenti.

حَطِمٌ Debilis et quasi fractus, *special.* senio (*equus*).

حُطَمٌ Durus, saevus, pastor (*conf.* حُطَمَةٌ); Vorax, qui edendo frangit.

حُطَامٌ Quod prae ariditate frangitur.

حَطْمَةٌ Senectus; Annus sterilis; Impetus (*fluxus aquae*). *vid.* طحم.

حِطْمَةٌ *Pl.* حِطَمٌ Fragmentum, segmentum rei aridae fractae; *et dicitur* صعدة حِطَمٌ Ovi cortex.

حُطْمَةٌ Annus sterilis.

حُطَمَةٌ Vehemens *de igne*; Infernus, Gehenna, *vel* Eius aliqua porta; Multum edens *vir*; Immitis pastor (*frangens unum per alterum*). *Dicitur in traditione* (*non in proverbio ut Djeuharius vult*) شر الرعاء الحطمة. Magnus, crassus (*de camelis, ovibusque*).

حُطُومٌ *c. artic.* Leo.

حَطِيمٌ *In huius vocis sensu accuratius definiendo interpretes non videntur consentire. Kamusi enim auctor haec affert:* Septum templi Meccani in boreali latere (حجر) *aut* eius murus; *aut* Locus, qui est inter angulum (*templi ut videtur* الركن) et puteum زمزم appellatum (in ortus hiberni latere, *Südost*) et locum Abrahami (المقام qui paulum distat a templo in Orientis latere). Quidam addunt „et septum in boreali latere (حجر), *aut* Locus inter locum Abrahami (المقام) et portam, *aut* Locus inter angulum nigrum (الركن الاسود *esse videtur* angulus ubi est lapis niger *in ortus hiberni latere*) usque ad portam usque ad locum ubi ad preces faciendas convenientes homines propter magnam hominum multitudinem premuntur et quasi franguntur, quo in loco tempore ante Mohammedem inter se iurare solebant; *tum* Plantae ex anno praecedente remanentes.

حَطَّامٌ *c. artic.* Leo.

الحاطمة Nomen Meccae.

حُطَامَةٌ Particulae rei aridae fractae; Ovi cortex, res exigua, minuta. بنو حطامة Nomen tribus diversae ab ea gente quae بنو خطامة nomen gerit.

حَاطُومٌ Annus sterilis; Digestionem cibi promovens res (هاضوم *non* حَاضُومٌ *ut in Kamusi editione Calc. legitur*).

حُطَمِيَّاتٌ Loricae, a viro appell. حُطَمَةُ بن مُحَارِب, qui unus fuisse dicitur e gente بنو عمرو بن مرثد appellata, quae ad tribum Kais ben-Tsalabah referenda (*Citab Aladhdad*), factae, *aut* Gladios frangentes, *aut* Graves pondere et largae.

مِحْطَمٌ Omne frangens; *inde c. artic.* Leo.

حَطْمَرَ 1) Implevit *c. a.*; 2) Tetendit arcum *c. a.*

مُحْطَمِرٌ Iratus.

حَطَا *n. a.* حَطْوٌ Movit concutiendo (*rem*). *Quas praeterea Golius ex Kamuso adnotavit significationes, in illo opere non sunt*). XII اِحْطَوْطَى Inflatus fuit.

حَطًا *Coll.* Pediculus magnus.

حَطْوَاءُ Rubra (*de ovibus*).

حَظَّ *pro* حَظِظَ *F. a. n. a.* حَظٌّ Bona sorte, commodorum copia et felicitate potitus fuit *in re.* IV Felix factus est, *vel* Portione potitus fuit.

حَظٌّ *Pl.* أَحُظٌّ (*in paucis*) حُظُوظٌ, حِظَاظٌ, حِظَاءٌ, حُظٌّ, حُظُوظَةٌ *et irreg.* أَحَاظٌ (*haec in multis*) Portio; Felicitas, *vel proprie* Portio boni cuiusdam. حظ النفس Desiderium animi vituperandum, ex quo impleto voluptatem capimus (*ut in puniendo insonte*). حظوظ النفس Res abominandae, flagitia. *De Sacy Chrest. ar. T. I. p.* 447; *et dicitur* الحظ المشوم Fortuna adversa. *Vita Tim. T. I. p.* 416 *ed. Mang.*

حَظٌّ Felix (*vir*).

حُظُظٌ, حُظَظٌ *pro* حُضُضٌ, حُضَضٌ (*quod vid.*) Gummi ei simile cui nomen صبر est.

حَظِيظٌ Felix *vir.*

حَظِيٌّ *Id.*

مَحْظُوظٌ *Id.*

حَظَبَ *F. i. n. a.* حُظُوبٌ; *et* b) حَظِبَ Pinguis fuit et ventrem plenum habuit.

حَظِبٌ *F.* ة Parvus, ventrosus *vir.*

حَاظِبٌ Pinguis et ventrem plenum habens.

حِظَبٌّ Pronus ad iram.

حُظُبٌّ *F.* ة Parvus, ventrosus *vir*; Iniustus, durus, vehemens, avarus.

حَنْظَبٌ et حُنْظُبٌ Coll. Locusta mas; vel Scarabaeus mas, vel eorum Species longa, vel sec. nonn. Insectum scarabaeo simile.

حِنْظَابٌ Parvus, difficilis indole.

حُظُبَّةٌ Pronus ad iram.

حُنْظُوبٌ Mulier crassa, vilis, parum utilis.

حُظُبَّى Dorsum, corpus.

حُنْظُبَى Id.

حُنْظُبَاءٌ et حُنْظُبًا i. q. حُنْظُبٌ.

مُحْنَظِبٌ Pinguis et ventrem plenum habens; Dorsum vel corpus.

مُحْظَنْبِى Dorsum vel corpus.

حَظَرَ n. a. حَظْرٌ 1) Prohibuit, impedivit rem c. a. r. et على r.; 2) Collegit ab omni parte rem, et ad se traxit ne alius quis aliqua eius parte potiretur c. a. r.; 3) Confecit stabulum, caulam حظيرة appellatam; 4) Inclusit pecora in caulam حظيرة appellatam. VIII Confecit caulam حظيرة appellatam.

حَظَرٌ Arbores, quibus caula حظيرة conficitur; Lignum viride; Spinae virides. وقع فى الحَظِرِ الرَّطْبِ Incidit in aliquam rem cui par non erat. جاء فلان بالحطر الرطب Multa pecora vel homines multos adduxit vel mendacium aliis ingratum et non probatum protulit. اوقد فى الحَظِرِ الرطب Calumniatus fuit.

حِظَارٌ (et quoque حَظَارٌ) Paries, sepimentum, sepimentum camelis ex arboribus exstructum ob frigus.

حَظِيرَةٌ Pl. حَظَائِرُ Paries circumdans locum, sive ex lignis sive ex arborum ramis exstructa sit; inde Caula, sepimentum, pecul. camelorum, contra frigus et ventum; Locus, ubi dactyli siccantur; item Murus depressior, lorica Gol. ex Mar. نَكِدُ الحَظِيرَةِ Vir in quo nihil boni. حظيرة القُدْس Paradisus.

زمن التحظير Tempus, quo Chalifa Ohmarus distribuit regionem Wadi-'l Kora inter Muhammedis asseclas et tribum Banu-Ohdsrah (عذرة). Haec autem res expulsis inde Iudaeis facta est.

مُحْظَارٌ Musca viridis.

مُحْتَظِرٌ Structor caulae حَظِيرَة appellatae.

مَحْظُورٌ Is qui in stabulo retinetur; Vetitum, illicitum; et locum Corani Sur. 17. v. 21 ita interpretantur: ما كان عَطَاءُ رَبِّكَ مَحْظُورًا Donum domini tui non est uni datum et alteri negatum.

حَظْرَبَ Firma instruxit chorda (arcum) c. a.; 2) Implevit, eoque distendit (utrem) c. a. II Pass. Coni. I.; et Impletus fuit (ira, cibo).

مُحَظْرَبٌ Valide tortus; Robustus corpore; Angustus animo, intolerans.

حَظَلَ F. o. i. 1) n. a. حَظْلٌ, حِظْلَانٌ, حَظَلَانٌ Prohibuit libertate in agendo, incessu, motu aliquem c. على p.; 2) n. a. حَظَلَانٌ Inhibuit subinde gressum inter eundum, incessitque irato similis. b) حَظِلَ 1) Multum colocynthidis comedit depastusve fuit (camelus); 2) ut حَصِلَ Corrupta fuit in inferiore ramorum parte qua parte oriuntur (palma); 3) Claudicavit et mutatum colorem ob tumorem in ubere habuit ovis.

حَظِلٌ Parce sumtum faciens et suos ut rationem expensorum reddant cogens. Pl. حَظَالَى Colocynthides vorans pascensve (camelus).

حَنْظَلٌ Coll. i. q. شَرْىٌ Colocynthis.

حَظُولٌ Parce sumtum faciens et suos ut rationem expensorum reddant cogens.

حَظَّالٌ Id.

حَظَلَانٌ Modus, quo iracundus incedit.

حِظْلَانٌ Qualitas viri حَظَّالٍ.

حَظْلَبَةٌ Velocitas in cursu.

حطمى Althaea sicifolia. Avicenn. p. 274. Sprengel. hist. rei herb. T. I. p. 265.

حَظَا F. o. n. a. حَظْوٌ Modo, qui حُظُيًّا appellatur, incessit. b) حَظِىَ F. a. Dignitate, honore et aestimatione usus est coniux apud coniugem et apud principem vir; Nactus est (aliquam rem) c. ب r.; Victoria potitus fuit; praevaluit Gol. ex Mar. IV Praetulit (aliquem) et favit ac benefecit ei magis quam aliis c. a. et على; Fortu-

natum et compotem voti reddidit *aliquem c. a. p. Pass.* Compos voti factus est *c.* ب *r.* VIII Dignitate, honore atque aestimatione usus est.

حِظَةٌ *Pl.* حِظًا , حِظَاةٌ Dignitas, honor, aestimatio.

حَظْوٌ Commodum, felicitas.

حَظِىٌّ *Fem.* ة Fortunatus, bene faventerque et commode habitus. حَظِىٌّ Equus (*et quidem octavus. Meid.*) qui sponsionis ergo in cursum emittitur. *Gol. ex Mar.*

حَظْوَةٌ *Pl.* حِظَاةٌ *et* حَظَوَاتٌ Sagitta parva, sine cuspide, qua pueri ludunt; *item* Virga in radice arboris nata.

حِظْوَةٌ *Pl.* حِظًا , حِظَاةٌ Dignitas, honor, aestimatio.

حُظْوَةٌ Sagitta parva, sine cuspide, qua pueri ludunt; *item* Dignitas, honor, aestimatio.

حَنْظَى *pro* عَنْظَى Turpibus et ingratis lacessivit verbis *c.* ب *p. Djeuh. ex Ebn-Sicciti relatione.*

حَظَيَا Incessus quidam lenis.

حَظِيَّةٌ Dignitate, honore praedita apud maritum *uxor. Pl.* حَظَايَا Pellex, concubina.

حُظَيَّةٌ *Pl.* حُظَيَّاتٌ Sagitta; *inde proverbium ortum* احدى حظيات لقمان Una ex sagittis Locmani (*sc. filii Ahdi*). *Hoc proverbio in eo utuntur, qui, quum noxam inferre consuevisset, benignum se gerit.*

حَظًى *Coll. nom. unit.* حَظَاةٌ Pediculus. *conf.* حطا.

حِظًى *Pl.* أَحْظٍ *Pl. Pl.* أَحَاظٍ Commodum, felicitas.

حَفْ حَفْ Voces, quibus gallus et gallina increpantur.

حَفَّ *F. i. n. a.* حُفُوفٌ Quum per longum temporis spatium neglexerit et non unxerit caput, coma intricata perturbatum fuit *caput*; *ut in hoc Alromaiti versu, quo Alwardum describit* واشعث فى دار ذا لمة تطيل الحفوف ولا يقمل Dispersa circa caput est longa eius caesaries, quae diu quidem neglecta et haud uncta pediculis non infestatur; 2) Olera habuit arida *terra*; 3) Evanuit omnino (*auditus*); 4) *F. i. n. a.* حَفٌّ *et* حِفَافٌ *Evulsis pilis* glabram nitidamque reddidit *faciem suam mulier c. a. faciei et* من *pilor.*; 5) *n. a.* حَفٌّ Obivit *c.* حَوْلَ *p.*; 6) *n. a.* حَفٌّ Circumdedit *aliquem re c. a. p. et* ب *r. ut in Corani loco* حففناهما بنخل *i. e.* Palmas ita posuimus ut in lateribus utriusque essent et utrumque circumdarent; *inde proverb. locutio est* مَنْ حَفَّنَا او رَفَّنَا فليَقْتَصِدْ Qui nos obit vel res nostras curat, ne modum excedat! *et inde dicitur* ما لفلان حاف ولا راف Non est alicui nec defendens neque tutor. ذهب من كان يحفه ويرفه Abiit, qui eum obire et eius res curare solebat. (*Nempe a circumdando et obeundo defendendi, inserviendi et alterius res curandi ducta est significatio*). Operuit, texit (*pannis pilentum*) *c. a. et* ب; 7) *n. a.* حَفٌّ Pressit *eos indigentia* (*a circumdando derivatum*) *c. a. p.*; 8) Instrumento حَفٌّ appellato texuit *pannum c. a.*; 9) Totondit accurate (*caput mystacemve*) *c. a.*; 10) *F. i. n. a.* حَفِيفٌ Strepitum ventris edidit in cursu (*equus*), volatu (*avis*), ramis vento agitatis (*arbor*), cute *serpens* (sibilus, quem ore edit فحيح *appellatur*). II Circumdedit vel operuit *aliquem re* (*veste*) *c. a. et* ب *et c.* حول *p.*; *n. a.* تحفيف Inopia pressus, in re angusta fuit. IV Per multum tempus oleo ungere, ut coma intricata esset, neglexit *caput c. a.*; Impulit (*equum*), ut sonum (حفيف) in currendo ederet *c. a. p.*; Turpes res *de aliquo* dixit *c. a. p.*; Texuit instrumento حف appellato (*pannum*) *c. a.* VI Se invicem cinxerunt, tuiti sunt. *Vit. Tim. T. I. p.* 478 *ed. Mang.* VIII Glabram nitidamque reddidit *faciem evulsis pilis mulier c. a. fac. et* من *pil.*; Resecuit (*plantas*) *c. a. r.*; Iussit (*mulier*) *aliquem* duobus filis adhibitis pilos faciei evellere; Operuit cinxitve (*veste*) *c. a. et* ب; Circumdedit *rem c.* ب *r.*; Obivit *aliquem c.* حول *p.*; Cinctus fuit *aliqua re c.* ب *r.*; *item* Comedit quicquid in olla esset; *ita* اشتف *de potu.* X Cepit *opes alicuius* universas *c. a. r.*

حَفٌّ Instrumentum textorium, seu lignum ad quod humi considentes texunt. *Djeuh. Meid. fere grossioris strati genus storeasve funesve. conf.* حفة; *et* Supercilium ephippii *Gol. ex Mar.*; Piscis albus et spinis armatus; Vestigium.

حَفَفٌ Vita prava, angusta, paucitasque opum. *Dicitur* ما رُوِىَ عليهم حفف ولا ضفف Nunquam in iis aut paupertatis aut inopiae vestigia apparuerunt. Extremitas *rei*; Vestigium; Parvus, brevis et potens.

حَافٌّ Circumdans. سَوِيقٌ حَافٌّ Farina haud subacta; Maligno oculo multum laedens.

حِفَافٌ *Pl.* أَحِفَّةٌ Latus *rei*; Vestigium. قد جاء على حفافه Eius vestigia sequens venit. Cirrus in calvi capite remanens.

حَفَّة Nobilitas, honor perfectus. *Dicitur* بهِ حَفَّة Honore perfecto ornatus est; Liciatorium, cui obvolvitur tela. (*Haec ex Alazmaii sententia, qui statuit* حف *esse idem quod* منسج. *Abu-Saidus cum hoc consentit.*)

حُفُوف Extremitas rei; Paucitas opum et vita prava, angusta. بيّن الحفوف Maligno oculo multum laedens.

حَفَّاف Caro mollis in inferiore parte carunculae لهاة appellatae.

حَفَّان *gen. comm. Coll. nom. unit. c.* ة Pullus struthionis *Kam. Djeuh., etiam* cameli *Mar.* حُفَّان Impletus (*de vasibus*) *vel* ad summam oram impletus; Servi, ministri.

حَافَّة Latus, ora, margo.

حُفَافَة Aliquo loco remanens stramen et foenum قت appellatum. (*sc. remotis tentoriis*).

مِحَفَّة Vehiculi muliebris genus, simile pilento camelino, quod هودج dicitur, sed illud non est concameratum; Lectica.

مَحْفُوف Indigens.

حَفَأَ *i. q.* جَفَأَ Coniecit in terram, prostravit *c. a. r.* VIII Evulsit *radicem albi papyri* e loco suo *c. a.*

حَفَأ Papyrus herba *vel* dum viridis in terra est *vel* Radix papyri alba, esculenta.

حَفَتَ *n. a.* حَفْت Perdidit, et fregit collum *c. a. p.*; 2) Comminuit, contudit (*rem*) *c. a.*

حَفِت *i. q.* حَفْت.

حَفَيْتَاة Vir brevis et obesus. (*Quam vocem Alazmaius sine Medda enunciat. Observandum autem, in editione Calcutt. Kamusi sub voce* حفت *legi* الحفيتاء في الهمز; *nec vero loco citato esse* حفيتاء *sed* حفيساء. *Sic autem explicatur* الحفيساء „Brevis et prava statura praeditus." *Tum addit Kamusi auctor: Errasse Abu-Nazrum, qui vocem sub* حفس *attulerit. Attamen in Djeuharii opere nec radix* حفس *neque vox* حفيساء *reperitur. Vocis* حفيساء *scribendi modus ut in Kamuso Arabico sic in Turcico exstat, ut definire ausus non sim, quaenam sit recta vocis scribendae ratio.*)

حفث *ut*

حَفِث *Pl.* أَحْفَاث Echinus, ventriculus verus; Serpens magnus marsupii formam referens.

حِفْثَة Echinus, ventriculus verus.

حُفَاث *Pl.* حَفَافِيث Serpens maior et crassior, quam is qui حفث appellatur; Genus sibilantis serpentis et innoxii.

حَفَاثِيَة Crassa res.

حَفْحَفَ 1) Victus inopia pressus fuit; 2) Sonum edidit volando *ala avis*, currendo *hyaena*.

حَفَدَ *F. i.* 1) *n. a.* حَفْد *et* حَفَدَان Properavit incessu (*camelus, struthio*); 2) Agilis fuit celerque in agendo; 3) Ministravit *c. a. p.*; 4) Secuit, totondit *Reisk.* IV Properavit incessu; Incitavit aliquem ad properandum *c. a. p.* VIII Celer et agilis fuit in agendo *homo*.

حَفْد Incessus non tam celer quam خَبَب.

حَافِد *Pl.* حَفَد Minister, satelles.

حَفَدَة Filiae *viri vel* eius filii *vel* nepotes *vel* eius generi; *et* Picturae artifices.

حَفِيد Nepotes.

حَفَّاد Properanter incedens (*camelus, struthio*).

حَفَدَان Incessus non tam celer quam خَبَب.

مَحْفِد *Pl.* مَحَافِد Radix, origo *viri. conf.* محتد; Infimum gibbi; Pictura vestis.

مِحْفَد Vas, scypho simile, quo mensuratur frumentum; Vas in quo iumentis pabulum praebetur; Margo vestis.

مُحْتَفِد Vi rapida secans (*gladius*).

مَحْفُود Cui alii inserviunt *vir*.

حَفَدَلِس Mulier nigra.

حَفَرَ *n. a.* حَفْر 1) Fodit, effodit *terram c. a.*; Effodit *ex loco aliquid c.* في *l. et* على *r.* حفر ثرى زيد Perscrutatus fuit res Saidi easque cognovit; 2) *F. i.* Mundavit *rem c. a. r.*; 3) Concubuit *cum femina c. a. p.*; 4) Macilentam reddidit (*capram*) *c. a.*; 5) Dentes primos perdidit (*infans*); 6) حَفِرَ *F. i. n. a.* حَفْر *et* حَفَر *et* حُفْر *n. a.* حَفْر Erosos in inferiore parte dentes et flavedine corruptos habuit *os*; 7) Finem scivit (*pluviae*). *Dicitur* غيث لا يحفره أحد Pluvia, cuius finem nemo scit. IV Iuvit *aliquem* fo-

dere (*puteum*) *c. d. a.*; Dentes mutavit eiecitve (*infans*, *equuleus*). VIII Fodit (*terram*) *c. a.*; Mundavit (*rem*) *c. a. r.* X Fodit (*Gol. ex Mar.*); Voluit fodere; Tempus fuit fodere *canalem c. nom. canalis.*

حَفْر Puteus largus; Fossa ampla; Erosio dentium circa radices, *vel* flavedo, qua dentes corrumpuntur (*sed magis usitatum videtur* حَفَر).

حَفَر Puteus largus (*et quoque* حَفْر *enunciatur*); *Pl.* أَحْفار *Pl. Pl.* أَحافير Terra e loco effosso educta; *sec. alios* Locus ubi foditur; Erosio dentium circa radices (*hic enunciandi modus in dialecto Asaditarum usitatus est*).

حافِر *Pl.* حَوافِر Ungula *iumenti.* النقد عند الحافر *Loquendi modus proverbialis* Statim detur pecunia. (*Vario explicatur modo.*)

حَفار Lignum curvum, quod in medio domus ponitur et perforatur, ut media columna imponatur.

حُفْرة *Pl.* حُفَر Effossum, Fossa, *vel* latibulum, in quo venator latet (*Diw. Huds.*).

حَفير Sepulcrum; Puteus, fovea. *Gol. ex Mar.*

حَفّار Is qui sepulcra effodit, vespillo.

حافِرة Principium operis vel sermonis; Indoles a natura insita. *Dicitur* الان قد تعسف وقد كان نجيبا فى الحافرة Nunc iniustus factus est antea generosus, quum a natura menti insitam indolem sequeretur. Forma, status prior. *Prov. loc.* النقد عند الحافرة *quam dicit venditor equum ementi i. e.* Statim detur pecunia; *et* التقى القوم فاقتتلوا عند الحافرة Statim in occursu pugnavit populus. Reditus in re, ut postremum eadem fiat, atque initio fuit; Via. رجع على حافرته Rediit unde venit, Deliravit *senex*, *Ibn-Doraid.* Terra, quam equus pede effodit.

حِفْراة *Pl.* حِفْرى Planta; Lignum digitis praeditum, quo triticum a palea mundatur.

حَفيرة Effossum, fossa.

حافيرة Piscis niger.

مِحْفَر Ligo, et omne instrumentum, quo effoditur

مِحْفار *Id.*

مِحْفَرة *Id.*

مَحْفور Cavos exesosve habens dentes *os.*

حَفْرِد Bacca margaritae; Plantae nomen.

حَفَز *F. i. n. a.* حَفْز 1) Trusit impulitque a tergo; propulit *c. a.*; 2) Incitando et ad festinationem hortando removit *a re c. a. p. et* عن *r.*; 3) Proxime insecutus fuit et quasi propulit *dies noctem c. a. r.*; 4) Concubuit *cum femina c. a. p.*; 5) Confodit *hasta c. a. p. et* ب *r.* III Appositis genubus ad genua alterius proximus ei sedit *c. a. p.* V Erectus sedit non ad quiescendum dorso inclinato, *vel* genubus terrae innixis sustulit clunes *vel* in pedes se sustulit, ut ad surgendum et insiliendum paratus esset; Attentus, vigil fuit, operam dedit *c.* ب *r.* VIII *Id.*; *tum quoque* In incessu suo multum se movit et ut procederet operam dedit; Contraxit se aut in adorando aut sedendo; Erectus sedit super coxas.

حَفَز Extremum, terminus.

حَفِز Excessum committens. *Gol.*

حافِز Pars faciei ubi in latus genae a chalino recedunt.

حَوْفَز *n. a.* حَوْفَزى Puerum extremitati pedum impositum sustulit.

حَفَس *F. i.* Comedit, voravit.

حَيْفَس Ira accensus.

حَيَفْس 1) Pinguis et magna corporis statura praeditus *vir*; in quo nil boni est (*vir*); Vorax, ventrosus; 2) Is qui irascitur et laetatur propter minimi momenti rem.

الحفاس Bubo (*et pro omni avi noctu volante*) *Meid.*

حَفَيْسأ *i. q.* حَيْفَس *sign.* 1.

حَيْفَسأ *Id.*

حَفاسي *Id.*

حَفَيْسى *Id.*

حَيْفَسى *Id.*

تَحَيْفَس Commovit se inquietus in lecto ultro citroque.

حَفَش *F. i. n. a.* حَفْش 1) Decorticavit; 2) Eduxit *aquam c. a. r.*; 3) Studium, operam impendit *c.* فى *r.*; 4) Collegit *opes c. a. r.*; 5) Convenit; undique confluxit (*aqua*). *Ex Abu-Saidi sententia dicitur* حفشت السماء Pluit coelum, *et ex Ibn-Alahrabii sententia dicitur* حفشت الاودية Omnino aquam profuderunt valles. *Reisk.*

conf. حَفَش ; *et* Convenit concurritque (*in aliquem turba*) *c.* على ; 6) Una vice post alteram cucurrit (*equus*); 7) Propulit, abegit *c. a.*; 8) Alii post alios incesserunt et secuti sunt (*equi*); *et Trans.* Asportavit fluxus rem; Mulsit. (*Has tres significationes ex Mar. Gol. adduxit, sed num rectae sint dubito.*) 9) Domum parvam (حِفْش) paravit (*Djeriri Diw.*). b) حَفِش 1) In anteriore parte ulcere exorto totus consumtus est *gibbus*, dum pars posterior incolumis restaret; 2) Maximum probavit *amorem marito mulier c.* ل *p. et a. r.*; 3) Pluit vehementer per horam. IV Ad festinantiam incitavit. V Commonstravit amorem *viro mulier c.* ل *p. Ibn Doraid.*; In tentorio حفش mansit, raro inde exivit; Incoluit domum parvam حفش appellatam *Reisk.*

حِفْش *Pl.* أَحْفَاش Saccus magnus tritus; Corbis; Res trita, vetusta; Vilior pars supellectilis *ut* ampullae *etc.*; Pudenda feminae. احفاش البيت Supellex vilis; Repositorium in quo fusi reconduntur; Capsa exigua; Domus parva aut ex pilis camelorum confectum tentorium; omnium domorum, quibus Arabes utuntur, maxime exigua *conf.* مظلّة *et* دوحة. احفاش الارض Lacertae et erinacei.

حَفِش *Fem.* ة , حَفِش السنام Cuius gibbus in parte anteriore totus ulcere consumtus est, dum pars posterior incolumis restat *camelus*.

حَافِشَة *Pl. san.* Locus quo confluit aqua.

أَحْفَش *F.* حَفْشَاء *i. q.* حَفِش.

حفص *F. i.* 1) Congregavit, collegit *c. a.*; 2) Proiecit *rem e manu c. a. r. et* من *manus*.

حَفْص *Pl.* حُفُوص *et* أَحْفَاص Saccus vel cophinus e corio confectus in quo lutum e puteo educitur; *item* Pullus leonis; Hyaena.

حَفَص Os fructus نبق et mespili vel alius eiusdem generis fructus.

حنفص Parvus, macer.

أُمّ حَفْصَة Gallina. (*Hoc ex Kamuso, et nescio an* حفطة *quod sub voce* ام *attuli, recta sit scriptio.*)

حُفَاصَة *nomen* Collectio.

حفض *n. a.* حَفْض 1) Flexit, inflexit (*lignum*) *c. a.*; 2) Proiecit, abiecit e manu *c. a. conf.* حفص; Abiecit *aliquem* pone se et post se reliquit *c. a. p.*; 3) Levavit *aliquem Deus* *c.* عن *p.*; 4) Aridam reddidit (*terram*) *c. a.* حُفِضت ارضنا Arida est terra nostra.

حَفَض *Pl.* حِفَاض , أَحْفَاض Supellex et utensilia domus, quum parata sunt, ut auferantur; Gestans ea camelus; Tentorium ex pilis, cum columnis suis et funibus, vestibus *etc.*; Is qui gestat vexillum; Camelus infirmus; Columna tentorii خباء appellati.

ارض مُحْفَض Terra multum arida.

حَفْضَج Pinguis evasit.

حَفَضَج Carnosus, laxum pendulumve ventrem habens.

حُفَاضِج *Id.*

حُفُضَّاج *Id.*

حِفَنْضَاج *Id.*

حفظ *F. a. n. a.* حِفْظ Conservavit, custodivit *c. a. r.*; 2) Pavit, custodivit *pecora c. a. r.*; 3) Memoriae mandavit, tenuit *Coranum c. a.* حُفِظ له Eius dicta memoriae mandabant. Oculos intendit *c. a.*; Respexit, pudore et verecundia ductus, dedignatus fuit *Gol. ex Mar.* II Instigavit, ut memoriae mandaret *librum c. a. p. et a. r. Djeuh.* III *n. a.* حفاظ, محافظة Repulit fortiter defendendo a familia, uxore; Custodivit *personam c.* على *p.*; Accurate *rem* observavit, peregit *c.* على *r.* IV Ad iram provocavit, incitavit *c. a. p., aut* nonnisi verbis turpibus prolatis. V Semet custodivit cavitque; Firmiter tenuit *opes c.* من *r.*; Vigilans fuit, attentus fuit; Memoriae mandavit *librum c. a. r. Djeuh.* VIII Custodivit *rem c.* ب *r. Djeuh.*; Ira exarsit *aut nonnisi* ob verba turpia *Kam.*; Peculiare *sibi aliquid* tribuit *c. a. r. et* لنفسه *Kam.* X Memoriae mandavit *Gol. ex Mar.*; Rogavit, ut memoriae mandaret, eaque retineret *c. d. a.* XI Foetidum reddidit odorem *Gol. ex Gl. Mar.*; Intumuit *serpens vel potius* جفظ *Kam.*

حَفْظ Facultas memoriae.

حِفْظ Vigilantia; Cura conservandi; Memoria.

حَافِظ *Pl.* حُفَّاظ *et* حَفَظَة Is cui res mandata est; Observator, custos; Memoria tenens; Is qui Coranum memoria tenet, et is (*ut videtur*) qui sex praecipuas traditionum collectiones memoriae mandavit. *Populus dicere solet* اللهمّ احفظنا من حافظنا. حافظ العين Is quem somnus haud subigit.

الحافظ Via distincta, recta; Nomen Dei altissimi. الحافظون Angeli, qui opera servorum (Dei) in libro adnotant.

حِفَاظ Defensio honoris et gloriae in tuenda familia.

حِفْظَة Ira; Ardor animi, et zelus; *pecul.* in tuenda familia.

حَفَظَة Custodes; observatores; memoriter tenentes. الحَفَظَة Angeli, qui in libro adnotant opera servorum (Dei).

حَفِيظ *i. q.* حافظ.

حَفِيظَة *Pl.* حَفَائِظ Ira, ardor animi in tuenda familia, defensio honoris et gloriae.

خِلَال (*videtur haberi et singularis et pluralis a* خلل *forma*) Interstitium; Medium rei; *inde* هُوَ خِلَالَهُم Hic inter eos est; Dentiscalpium; Lignum quod transfigitur per pulli camelini linguam, ne lactere possit. *Pl.* أَخِلَّة Instrumentum, quo aliquid perforatur; Ligna acuta, quibus tegumenta pellicea tentoriorum Arabicorum connectuntur, *Reisk.*, *et* Ligna acuta, quibus vestimentorum partes non consutas inter se connectunt. Hanc ob causam Abu-Becrus chalifa ذو خلال cognominatus est, quia omnibus opibus in pium usum erogatis, talibus lignis in vestibus suis utebatur; *et Coll.* Spinae *seu* aculei enascentes e ramis palmarum. *Gol. ex Afr. de quibus in* ابر *et* اسل *vid.*; *item* Reliquiae cibi inter dentes.

خُلَال *Coll.* Dactyli maturi qui inter interstitia ramorum quaeruntur; Accidens, quod causa est, cur omnis res dulcis acescat.

خَلّة *Masc. et Fem.* Camelus anniculus, secundum annum ingressus. *Inde dicitur* اتاهم بقرص كانه فرسن خلة; Foramen parvum *vel* quodcunque; *et Pl.* خِلَل Foramen in arundinea domo. *Inde mortuo bene precantes dicunt* اللهم اسدد خلته; Arenae tractus separatus. *Plur.* خِلَل Vinum, *vel* vinum acre, *vel* corruptum sed non acre; Mulier levis, agilis; Locus hominis vacuus post mortem; Necessitas, res necessaria (حاجة); Paupertas: *inde proverb. locutio orta est* الخلة تدعو الى السلة Paupertas ad furta incitat. *Pl.* خلال Natura, indoles, proprietas *rei*; Portio aceti.

خِلّة *Pl.* خِلَل, خِلَال *et Pl. Pl.* أَخِلَّة Theca vaginae corio tecta *vel* capsa, in qua ponitur vagina gladii auro aliisve rebus ornata; Lorum quo obvolvitur cornu arcus (سية); *tum gener.* Corium omne pictum. *Plur.* خِلَل, خِلَال

Cibi inter dentes relicti particula, quae dentiscalpio inde eximitur; Amicitia. *Dicitur* انه لكريم الخلة Generosus ille in amicitia est; *tum quoque tam Masc. quam Fem. Sing. et Plur.* (*quia proprie est Infinitivus*) Amicus.

خُلّة Arbor (شجرة) quaedam spinosa; Locus ubi proveniunt et frequentes sunt plantae spinosae عرفج appellatae; Omnis planta, cui inest dulcis sapor. *Inde dicunt Arabes* الخلة خبز الابل والحمض فاكهتها *vel* لحمها. *Pl.* خُلَل Omnis terra, in qua non proveniunt plantae حمض appellatae. *Pl.* خُلَل Amica sincera, amicus. *Pl.* خلال Amicitia sincera; Indigentia (*Gol. ex Mar.*).

خَلِيل *Pl.* خُلَّان, أَخِلَّاء Amicus intimus sincerusque; Mulieris amatus. خليل الله Amicus Dei, *et inde* الخليل Abrahamus. Cor; Nasus; Capulus ensis *Gol. ex Meid.*; *adject.* Perforatus; Extenuatus corpore, macilentus *vir*, infirmus; Pauper, indigus.

خَلَّال Aceti venditor.

خَلَالَة Amicitia sincera.

خِلَالَة Amicitia sincera; Dentiscalpium; *et inde* Debilis, macer.

خُلَالَة Amicitia sincera; Reliquiae cibi inter dentes, quae inde dentiscalpio eximuntur; Dactylus maturus, qui inter ramorum interstitia quaeritur (*videtur nomen unitatis a* خُلَال).

خُلُولَة Amicitia sincera.

خَلِيلَة *Pl.* خَلِيلَات, خَلَائِل Amica intima, sincera.

خَلِّى *Fem.* ة Depascens arbores et plantas خلة appellatas *camelus*. *Dicitur* بعير خلى *et* ابل خلية.

أَخَلّ Indigens, pauper; *tum et sensum comparativi habet* Magis pauper.

أَخِلَّة *De vario hanc vocem derivandi modo conf. Hamas. p.* 662.

مُخِلّ *Fem.* ة Depascens arbores et plantas, quibus nomen est خُلَّة, *camelus*; Pauper, indigens.

مُخْتَلّ Vehementer sitiens; *F.* ة Depascens arbores plantasque خلة appellatas *camelus.* امر مختل Res infirma; *tum* Indigens, pauper.

مَخَلَّة Solum plantas خُلَّة, dulcius camelorum pabulum, producens.

مَخْلُول Perforata *res*; Fissus lingua et sic ablactatus.

خَلَأَ 1) *n. a.* خَلَأ, خِلَاء, خُلُوء In genua procubuit *vel* refractaria fuit *camela (sunt qui et de camelo hoc dictum esse velint, dum alii camelis fem. id solum tribuant)*; 2) *n. a.* خُلُوء E loco suo non processit *vir*; 3) Relinquens unam, alteram agere coepit *gens.*

مَخْلَى *et* مَخْلِى Mundus, *vel* Cibus potusque.

خَلَبَ *F. o. et i. n. a.* خَلْب 1) Vulneravit aut scabit aut fidit *unguibus c. a. p. et* ب *instr.*; 2) Unguibus arripuit *praedam c. a.*; 3) Fidit *rem c. a. r.*; 4) Alienavit *mentem alicui c. d. a., ut mulier pulchritudine sua*; 5) Momordit *aliquem c. a. p.*; 6) *F. o. n. a.* خَلْب Succidit (*gramen*) *c. a.*; 7) *F. o. n. a.* خَلْب, خِلَاب, خِلَابَة Decepit et fefellit verbis *c. a. p. Proverb. est locut.* اذا لم تغلبْ فاخلبْ. b) خَلُبَ *n. a.* خَلَابَة Pusillanimis, fatua fuit (*de muliere*). II Decepit *c. a. p.* III Decepit *c. a.* IV Coenosa fuit *aqua.* VIII Resectus fuit instrumento مخلب; Decepit verbis *aliquem c. a. p.*; Deceptus fuit. X Vulneravit unguibus aut scabit aut fidit *c. a.*, *et* Succidit *gramen c. a.*

خِلْب Unguis ferae aut rapacis avis (*conf.* مخلب); Carnis tenuis particula, quae inter costas est et unam cum altera coniungit *vel* Iecur *vel* eius augmentum, *sc.* Lobus iecoris, *vel* Iecoris velum, quo munitum est, *vel* Res quaedam alba iecori adhaerens. *Inde originem duxisse videtur* خِلْبُ نساء Is qui mulieres amat et ab iisdem amatus est. *Huius Pluralis est* اخلاب *ut dicatur* أَخْلَابُ نساء; *tum* Raphanus; Vitis folium.

خَلْب *et* خُلُب *Coll. nom. unit. c.* ة Fibrae lignosae, quibus palmae truncus constat; Medulla palmae *vel* eius cor; Funis durus et tenuis ex fibris lignosis palmae tortus; Lutum, *vel* Lutum durius cohaerens, *vel* Lutum nigrum.

خَالِب *Fem.* ة Decipiens, fallens *vir*, *mulier.*

خُلَّب Nubes pluviae expers. *Et dicitur* البَرْقُ الخُلَّبُ, بَرْقُ خُلَّبٍ, بَرْقُ الخُلَّبِ (*est autem pro* برق السحاب الخلب) Fulmen nubis aqua carentis (*Wetterleuchten*). *Inde ei qui promittit, sed non stat promissis, dicitur* انما انت كبرق خلب.

خَلْبَن Pusillanimis, fatua *mulier*; Macra *mulier.*

خَلَبَة *Plur.* Deceptores, mendaces.

خَلَبَة Decipiens (*de muliere*); *et* Iactanter incedens *mulier* (*Gol. ex Meid.*).

خَلُوب Decipiens (*de muliere tantum*).

خَلْبَاء Pusillanimis, fatua *mulier.*

خُلَبَاء *Ut Pluralis vocis* خِلْب *et dicitur*: خُلَبَاءُ نساء *eodem sensu ac* اخلاب نساء.

خَلَّاب *F.* ة Decipiens, fallens saepius *vir*, *mulier.*

خِلَابَة Deceptio, fraus (*quae verbis peragitur*).

خُلَبُوب Decipiens, fallens (*de viro tantum*).

خَلَبُوت Decipiens, fallens (*de viro et muliere*).

خِلِّيبَى Fraus, deceptio.

مِخْلَب *Pl.* مَخَالِبُ Aduncus unguis *rapacis avis vel ferae* (*vel ita sunt voces* ظفر *et* مخلب *distinguendae, ut illa de avibus, quae venando aptae non sunt, hac de avibus venando adhibitis utantur*); *et* Falx non dentata, qua succiduntur herbae; Nomen instrumentorum chirurg. *vid. Albucas. de chirurg. p.* 240 *sqq.*

مُخْلِب Coenosa (*aqua*).

مُخَلَّب Multum colorata pictave (*de vestibus*).

مَخْلُوب Deceptrix, fraudulenta (*mulier*).

خَلْبَسَ Verbis deliciosis decepit *aliquem* eiusque animum sibi conciliavit *c. a. p. vel c. a. cordis.*

خَلَابِيس Res vanae, nefas. *Dicitur* وقعوا فى الخلابيس.

خِلَابِس Mollia, mansueta et mitia verba. *Dicitur* اخذ قلبه بالخلابس Occupavit eius animum verbis mansuetis; Mendacium; غره بالخلابس Decepit eum mendacio.

خَلَابِيس Res vanae, nefas; Mendacium; Ex variis regionibus dispersi homines. (*Sunt qui hanc vocem singulari carere dicant, dum alii eam a voce* خلبيس *derivatam esse contendunt*); *tum* Cameli qui aqua satiati tam celeriter abeunt, ut pastor eos attingere nequeat; Res nec bene disposita nec bene cedens.

خَلْنَبُوس Pyrites, silex quo extunditur ignis.

خَلْبَصَ Fugit (*vir*).

خَلْبُوص Nomen avis, quae passeris colorem habet sed eo minor est.

خَلَجَ *F. i. n. a.* خَلْج 1) Traxit, attraxit *rem c. a. r.*; 2) E loco suo traxit et evulsit *rem c. a. r.*; 3) Retraxit a foetu lactando *matrem c. a. p.* (خَلَجْتُها) *Djeuh. In Kamuso autem* Infantem aut pullum cameli sui ablactavit, *ut sine accusativo dicatur* خَلَجَ الرَّجُلُ; 4) Movit, agitavit *c. a. r.*; 5) Confodit *c. a. p.*; 6) Occupavit, occupatumque tenuit *cura mundi c. a. p.*; 7) Nictando innuit monuitque *c. a. p. Dicitur* خَلَجَ الرَّجُلَ بحاجبه Palpebris motis adnuit *viro, et* خلج الرجل بعينه; 8) Inivit *feminam c. a. p.*; 9) *F. i. o. n. a.* خُلُوج Palpitavit, commotum fuit *membrum*, *oculus*. b) خَلِجَ *n. a.* خَلَج Dolores ossium ex lassitudine, labore, vel multo incessu habuit; 2) Corrupta fuit *res*. III Anxia dubiave cogitatione *animum* affecit *res c. a. Dicitur* خالج قلبى امر. V Commotus fuit, vacillavit; Dissolutis velut artubus, ut modo in dextrum, modo in sinistrum latus inclinaretur incedendo, nutavit, *hemiplexia laborans*. VI تخالج فى صدرى شى Dubitans haereo in re. VIII Traxit, abstraxit *c. a.* أُخْتُلِجَ القومُ Abducta vel abrepta fuit gens. *Diw. Huds.*; Ablactatus fuit; Palpitavit commotusque fuit *oculus*.

خُلُج Populus de cuius origine dubitatur; Nomen gentis Arabicae, quae quum primum cum gente Adwan ben-Kais Aihlan coniuncta fuisset, ab Ohmaro chalifa ab ista separata et genti Harits ben-Malic addita hoc nomen accepit.

خِلَاج Dimicatio, contentio; Dubium; Species quaedam vestium striatarum.

خَلِج Remotus, longinquus.

خَلَّاجَة Nictans *oculus*. *Gol. ex anonym. Lex.*

خَلُوج Quae, quum ei sit pullus ereptus, decrementum patitur lactis *camela*; Quae propter agilitatem et celeritatem iter quasi trahere et evellere videtur *camela*; *et* Nubes disgregata *vel* aqua abundans.

خَلِيج *Pl.* خُلْجَان (*Meid.*) Sinus maris; *item* Flumen: *aliis etiam* ripa *eius*, *ut* خليجا النهر Latera duo fluvii *sint*; Canalis e flumine maiore derivatus; Locus maris profundissimus, gurges, abyssus *Gol. ex Mar. Plur.* خُلُج Scutella lignea magna. *Pl.* خُلُج Navigium minus *quam* عَدَوْلِىّ appellatum; Funis: quod ei res alligata trahitur. *Pl.* خُلُج Corpore tremente praeditus.

أَخْلَج Funis.

اِخْلِيج Praestans ac velox equus; Planta quaedam.

وَجْهٌ مُخْتَلَج Facies paucam carnem habens.

مَخْلُوجَة Quae dextrorsum et sinistrorsum fit hastae confossio; Res obscura, dubia; Consilium probum, sententia recta et vera.

خَلْجَم Corpulentus, magnus, *vel* Longa, procera statura praeditus.

خَلْبَجْم *Id.*

خَلْخَلَ Omni carne nudavit (*os*) *c. a.*

خَلْخَل *Pl.* خَلَاخِل *et* خَلَاخِيل Compes, qua Arabum mulieres infimam tibiam ornant, *ex auro fere vel argento*; Tenuis, pulchra *vestis*.

خُلْخُل Compes, qua Arabum mulieres infimam tibiam ornant.

خَلْخَال *Id.*; Tenuis, pulchra *vestis*.

تَخَلْخَلَتْ Compede ornavit infimam tibiam *mulier* (*a* خلخل *derivatum*).

مُخَلْخَل (*et tanquam Femin. conf. Hamas. p.* 822) Locus tibiae prope talos, ubi periscelis aptatur.

مُتَخَلْخِل Cuius singulae partes non cohaerent *exercitus*.

خَلَدَ *F. o.* 1) *n. a.* خُلُود Perennavit et sempiternus fuit; Constitit, mansit *in loco c.* الى; 2) *n. a.* خَلْد, خُلُود Tarde senuit et aetate provecta robustus iam fuit *vir*; 3) Permansit *in loco c.* ب *l. vel c.* الى *l.* II Aeternum ac perennem reddidit; Permansit *in loco c.* ب *l.*; Tarde

senuit et aetate provecta robustus iam fuit *vir*; Pericarpiis vel inauribus ornavit. *Gol. ex Mar.* (*vid.* خلدة). IV Aeternum ac perennem reddidit *c. a.*; Nixus fuit *c.* الى, *ut in his Corani verbis* ولكنه اخلد الى الارض; Inclinavit *ad aliquem c.* الى *p.*; Constitit mansitve *in loco c.* ب *vel c.* الى *l.*; Adhaesit *socio*, affixus fuit ut eum non relinqueret *c.* ب *p.*; Tarde senuit et aetate provecta robustus iam fuit *vir*.

خَلْد Talpa (*sed rarius quam* خُلْد).

خُلْد Perennitas, aeternitas; Paradisus; Talpa, *vel* Aliud coecum talpae simile animal in terra vivens, quod odorem cepae et porri ita amat, ut posita cepa aut porro in eius foramine prodiens capi possit (*talpa autem ab Arabibus pro caeca habita est*, *Pl.* مَنَاجِذ *in usu est*). *Pl.* خلدة Pericarpium et inauris; Species quaedam alaudae (قُبَّرَة).

خَلَد Mens, animus, anima. *Sic dicunt* ما وقع ذلك فى خلدى Non incidit hoc in animum meum.

خَلَد *id. quod* خالد *conf. ill. de Sacy Anthol. Gramm. p.* 66 *infr. t. ar.*

خَالِد *Fem.* ة Sempiternus. أبو خَالِد Canis. *Mar.* الجزاير الخالدات Insulae fortunatae. *Abulf.* الخَالِدَان Duo viri ex Asaditis, *nempe* Chalid ben-Nachlah ben-Alaschtar ben-Djahwan ben-Fakas, *et* Chalid ben-Kais ben-Almodhallil ben-Malic ben-Alazghar ben-Munkids ben-Tharif ben-Amru ben-Koaïn.

خَلَدَة Inauris; *et* Pericarpium.

خُلُود Perennitas; Aeternitas; *item* Senectae vegetus vigor virorque.

خَوَالِد Eae montis partes, quae Arabibus inserviunt tripodibus in deserto; Lapides; Montes.

مُخْلِد Perennis, stabilis, firmus, *et* Vegetae ac virentis senectae *vir*.

مُخْلَد Is cuius senectus tarde apparet.

مُخَلَّد Aeternitate donatus, *vel* Non decrepitus; *vel* Semper ad servitium idonei, quum semper utantur bona aetate; *vel* Inauri *vel* pericarpio ornatus; *ita in his Corani verbis* يطوفون عليهم ولدان مخلدون. مُخَلَّدًا Semper.

خُلَّر Nomen plantae; *sec. nonn.* Faba (فول); *sec. al.* Vicia (جلبان *dubito num sit vicia an pisum*), *aut* Lens *vel* huic simile legumen (ماش).

خَلَسَ *n. a.* خَلْس, خِلِّيسَى Rapuit inopinatim et celeriter, *et* abripuit *c. a. r.* III Eripuit alteri; Arripuit aliquid; Fecit occulto, raptim et furtim. IV Partim arida, partim virens fuit (*herba*); Partim cano, partim alio capillo utroque mixto vestitum fuit (*caput*). V Rapuit *c. a.* VI Ad se invicem rapuerunt, et ad se pertraxerunt. VII Se abripuit, separavit, se subduxit. *Hamak. Vakid. Adnot. p.* 46. VIII Celeriter *rem* ad se traxit, rapuit *c. a. r.* (*Sunt qui huic formae eandem ac primae significationem tribuant*, *sed sensum celeritatis addant.*)

خِلْس Pabulum arescens, cui a radice novum subnascitur, ut cum illo permisceatur.

نساء خُلْس Mulieres rubicundae quarum color albus nigro commixtus est (*hic Pluralis aut a* خلساء *aut a* خلاسية *abiectis litteris* ية *formatus est*).

خَلِس Abripiens (*Meid.*).

خُلْسَة *Pl.* خُلَس *nomen* Raptio, ereptio inopinata, celeris; Res quae inopinatim et celeriter rapitur; Quod partim aridum, partim viride est pabulum; Alba macula in nigro; Occasio: *dicitur* هو لك خلسة *Meid.*

خَلِيس Pabulum arescens, cui a radice novum subnascitur, ut cum illo permisceatur; *et* Semicanus; Mixta nigra albaque (*coma*); Planta flaccescens, ut duo eius colores mixti sint; Rubicundus, cuius albus color nigro commixtus est *vir*; Fortis.

خِلَاسِى *F.* ة Puer patre nigro et matre alba natus, ut eius color ex nigro alboque mixtus sit; Gallus cuius color coloribus gallinae Persicae et Indicae intermixtis constat.

مُخَالِس Fortis.

خَلَصَ *F. o.* 1) *n. a.* خُلُوص, خَالِصَة Pura, alba et non inquinata fuit *res*; 2) *n. a.* خُلُوص Pervenit, attigit *res c.* الى *p.*; 3) Fractum fuit in plures partes in carne *os*; 4) Servavit a malo *c. a.* *Abu-l'Ahla.* b) خَلِصَ *n. a.* خَلَص Fractum fuit in plures partes *os*. (*Quod in Kamuso legitur* نشط *vitium est*; *legatur* تشظى). II Purum fecit; Sincerum illi praestitit *amorem* *c. a. r. et c.* ل *p.*; *n. a.* تَخْلِيص Purum butyrum cepit; Liberavit, salvavit a malo *c.* من *r. et a. p.* III Sincere egit *cum aliquo c. a. p. et* فى *r.* IV Purum

fecit, purificavit *butyrum c. a.*; Purum cepit butyrum; Sincere et sine simulatione coluit *Deum religione* (*Dicitur* اخلص لله الدينَ *et quoque* احلص لله), *homines amicitia c. a. p. et* ب *r.*; Medullam pinguem habuit *camelus*. V Liberatus fuit, et se liberavit *ab aliqua re c.* من. X Optavit, ut purus ac sincerus esset; Puram sibi reddidit, integram sibi vendicavit *rem*; Omnino potitus fuit *re c. a. r.*

خَلْصٌ Albus *de omni re*. خَلْصَا الشَّنّة Utris vetusti in extremitate et inferiore et superiore corii segmenta assuta per quorum interstitia aqua effluit; *et tum* Aqua, quae effluit per interstitia huius corii.

خِلْصٌ (*et Collect.*) *Pl.* خُلَصَاءُ Amicus, *spec.* sincerus.

خَلَصٌ *Coll. nom. unit. c.* ة Arbor viti similis, boni odoris, quae alias implicat arbores et baccas producit similes carneolis. ذو الخَلَصة Templum, quod Caaba Iemanensis appellabatur et Chasahmitis (خثعم) erat. *Ita appellatum est, aut quia in eo erat idolum* خلصة *appellatum, aut quia hoc in loco arbores* خلصة *crescebant.*

خَالِصٌ (*Fem. c.* ة) *Pl.* خُلَّصٌ Purus, merus; Exquisita et electa pars rei; Nomen fluvii in oriente Bagdadi, ad quem eiusdem nominis magnus pagus situs est. هذا الشيء خَالِصَةٌ لك Haec res tibi propria est et peculiaris aut omnimode convenit tibi.

خَلَاصٌ Libertas, salus, *et sec. nonn.* Aurum (*quae cum Fatha enunciatio vitiosa habetur*).

خِلَاصٌ Salus, liberatio; Igne purificatum *de auro, argento, cremore*; Vestigium (إِثْر).

خُلُوصٌ (*Kam.*; *sed rectius videtur* خَلوص) Sordes et sedimentum *butyri*.

خُلَصَاءُ Regionis nomen in deserto sitae in qua fons est.

خُلَّاصٌ Rima, interstitium in domo.

خُلْصَانٌ *Sing. et Plur.* Amicus, *et* amici.

خُلَاصَةٌ Purificatum, purum *butyrum*; *etiam in genere* Purior meliorque rei pars. *Gol. ex Mar.*

خُلَاصَةٌ *Id.*

إِخْلَاصٌ Sinceritas. *Haec autem est vocis explicatio in libro* تعريفات *inscripto* الاخلاص فى اللغة ترك الريا فى الطاعات وفى الاصطلاح تخليص القلب عن شايبة الشوب المكدر لصفاه وتحقيقه ان كل شى يتصور ان يشوبه غيره فاذا صفا عن شوبه وخلص عنه يسمى خالصا ويسمى الفعل المخلّص اخلاصا.

التَّخَلُّصُ Accessio, quae in carmine a parte priore, introductione scilicet ad propositum thema fit, ut una pars alteri consentanea sit. *conf. Al Mokhtusur p.* 682.

مَخْلَصٌ Locus salutis, asylum.

خَلَطَ *F. i. n. a.* خَلْطٌ Miscuit, commiscuit *c. a. r. et* ب *alt.*; 2) Omnia arcana alicui dixit. II *n. a.* تخليط Miscuit, *cum quadam intensione c. a. r. et* ب *r.*; *inde* Confusum, perturbatum reddidit *alicui negotium c. a. et c.* على *p.*; Confudit, perturbavit *c. a. p. et* ب *r. et c.* بين; Corrupit *rem*, perperam et perverse agens *c.* فى *r.* III *n. a.* خِلَاطٌ, مُخَالَطَةٌ Incidit *in aliquem c. a. p.*; Pervenit *c. a. l.* *Dicitur* خالط سهل الارض. Immiscuit se *rebus hominibusve*, *aut res* inter se commiscuit *c. a. p. vel r.*, *et* miscuit corpus; Coivit *admissarius cum camela c. a.*; Concubuit *cum femina c. a. p.*; Affecit involvitque *noxa aliquem c. a. p.* خولط الرجل Confusus fuit *mente* vir *c.* فى *mentis*; Incidit, irruit *in gregem lupus c. a.*; Incidit *in aliquem c. a. p.*; Dolore capitis affecit *aliquem morbus c. a. p.* IV Iniit (*admissarius*) *camelam*; Miscuit *admissarium camelum cum femina*, *i. e.* iuvit ad coitum, veretro in vulvam immisso *c. a. cameli*; *et dicitur* اخلط للفحل Direxit cameli veretrum in vulvam; Miscuit se cum *re c.* ب *r.*; Defuit in cursu et minus fecit, quam debuit (*equus*). VIII Mixtus fuit; Perturbatum confusumque *alicui* fuit *negotium c.* على *p.*; *item* Defuit in cursu et minus fecit quam debuit (*equus*); Corruptam mentem habuit; Iratus fuit; Pinguis fuit (*camelus*). *Tum dicitur* اختلط الحابل بالنابل *vel* الخاثر بالزُّبَّاد *vel* الليل المَرْعِىّ بالهَمَل *vel* بالتراب *ad significandum*, *rem esse obscuram et intricatam.* X Primum non bene direxit veretrum, tum vero in vulvam immisit *admissarius*.

خِلْطٌ Se immiscens hominibus iisque blandiens; Qui lenonis more uxores suas et utensilia hominibus concedit eaque inter illos quasi proiicit.

خِلْطٌ Omnis res, quae se cum altera miscet; *Pl.* أَخْلَاطٌ

رَجُلٌ خِلْطٌ مِلْطٌ Dactylorum variae species mixtae. Mixti generis vir. أَخْلَاط الانسان Quatuor humores, qui corpori humano ad vitam necessarii sunt, *nempe* السودا, الصفرا, البلغم, الدم *Avicenn. p. 5 sqq.* الأَخْلَاط Mi-

scella hominum turba et ignobilis. Fatuus, stultus; Sagitta, quae e ligno curvo confecta, recta reddi nequeat (*ita et de arcu*).

خَلِطٌ Se immiscens hominibus iisque blandiens; Qui uxorum suarum et utensilium usum lenonis more hominibus concedit eaque inter ipsos quasi proiicit; Stupidus.

خِلْطٌ Arcus curvus; Sagitta curva.

خُلُطٌ Se immiscens hominibus iisque blandiens; Qui uxorum et utensilium hominibus usum concedit eaque inter ipsos quasi proiicit.

خِلَاطٌ Miscella turba ex hominibus, camelis, pecudibusve aliis constans; Quod aliquis camelos suos cum aliis miscet, ut decimari non possint. *Meid. In Kamuso vero in decimis varius huic voci sensus tribuitur. Ita vocem interpretatur auctor*: Quod si *ex. gr.* socii duo centum et viginti oves, ita ut uni sint octoginta alteri quadraginta, possident, et decimans ex toto numero duas capit, ille qui possidet octoginta, alteri quadraginta habenti tertiam partem ovis reddit, ut hic dederit duas tertias partes, ille vero ovem et unam tertiam ovis partem, *et* si decimans ex centum et viginti, unam tantum ovem cepit, qui octoginta possidet oves, alteri duas tertias ovis reddit *vel* in decimis vox خلاط significat, si tres *exempli gratia* socii, quorum quisque quadraginta oves possidet, tres suos greges in unum coniungunt, ita ut tres, quibus singulis una cuilibet ovis danda fuisset, unam tantum ovem dent decimanti. خِلَاطُ Nomen urbis Armeniae (*ne dicas* أَخْلَاط).

خِلْطَةٌ Consuetudo sociorum, consortium, amicitia; Hominibus se miscens *mulier*.

خُلْطَةٌ Consortium.

خَلُوطٌ Miscens, commiscens.

خَلِيطٌ *Coll.* Miscella hominum turba; *tum Sing. et Plur.* (*etiam Pl.* خُلُطٌ *et* خُلَطَاءُ) Mixtus, permixtus; *inde* Socius, *sec. al.* Qui rem habet cum alio communem *ut aquam, viam, ut in his traditionis verbis* الشريك اولى من الخليط والخليط اولى من الجار (*In his autem* الشريك *eum significare videtur, qui una cum altero rem nondum distributam possidet*); Coniux; Patruelis; Homines, quorum res una eademque est; Is qui se in alterius res miscet; Pabulum ex foeno et stramine mixtum; Mixtura ex luto et stramine *vel* foeno constans; Lac dulce mixtum cum lacte acido; Butyrum cum carne et adipe mixtum.

خَلِيطَةٌ Lac camelae lacte ovium mixtum, *vel* ovis lac caprarum lacte *vel vice versa*.

خِلِّيطَى (*propr. nom. actionis*) Mixtum. *Dicitur* مالهم بينهم خليطى Eorum opes mixtae sunt.

خُلَّيْطَى Confusio, *seu* confusum negotium, *aut* opus. *Dicitur* وقعوا فى خليطى; *et* Miscella hominum turba.

بيّن الخَلَاطَة Fatuus (*vir*).

أَخَالِيطُ Res intricatae, obscurae, difficiles. *Meid.*

تَخْلِيطٌ Opus perperam et perverse factum.

مِخْلَطٌ *et* مِخْلَاطٌ Qui se negotiis ingerit et immiscet, inprimis alienis. *Dicitur* هو مِخْلَط مِزْيَلٌ.

مُخْتَلِطٌ *Fem. c.* ة Pinguis ita ut carnes cum adipe mixtae sint (*de camelis*).

خَلَعَ *F. a.* 1) *n. a.* خَلْعٌ Extraxit, detraxit et quidem lente (*et in hoc differt a* نزع). خلع من الملك يده Imperio abdicavit. *Prov. loc.* خلع فلان رسنه فعدا على الناس بشر Capistrum suum aliquis deposuit et malo affecit homines; Exuit *vestem, calceos c. a. Inde* 2) Deposuit, removit munere *praefectum c. a. p.*; 3) *n. a.* خُلْعٌ Dimisit oblato ab ipsa vel ab alio quodam munere *uxorem maritus*. (*Etsi haec res nomen divortii gerat, ex Alschafeii sententia divortium verum non est*); 4) Repudiatum filium reliquit suo arbitrio (*sich von ihm lossagen: quod faciebant ob scelera commissa etc.*) *c. a. p.* (*Quando tempore ante Muhammedem coram populo aliquis dicebat* هذا ابنى قد خلعته *tum non amplius postea ob eius delicta puniebatur*); 5) Veste خلعة appellata honoris ergo donavit *aliquem c.* على *p.*; 6) Rebellavit; 7) Exivit e loco *Gol. ex Mar.*; 8) Aristas suas emisit extulitque *spica Kam.*; 9) Fronduit, et quidem perenni virore, arboris عضاه appellatae species; 10) Crasso pene praeditus fuit *iuvenis*. b) خَلُعَ *n. a.* خَلَاعَة Sibi relictus, a suis repudiatus fuit *iuvenis*, quia improbus et flagitiosus erat. *conf.* خَلَعَ *n.* 4. c) خَلِعَ Affectus est morbo, quo nervus magnus عرقوب appellatus in camelo contorquetur. II E loco extraxit dimovitque; In carminis genere quod البسيط dicitur, pedem مستفعلن — ‿ — — ita mutavit, ut inde مفعولن — — — fieret tam in priore quam in posteriore hemistichio. III Offerens donum rogavit *maritum*, ut uxorem divortio

dimitteret *c. a. p.* (*conf.* خَلَعَ); *n. a.* مخالعة Alea lusit *Djeuh.* IV Invenerunt perpetuo frondescentes arbores عضاه; Fronduit عضاه planta; Grana protulit *spica* (*quod fit ubi extulit aristas*). V Deditus fuit *potui c.* في *r.*; Disiunctus dispersusque fuit; Laxatione facta aliterve per se dissolutum fuit exciditque *vinculum manus pedisve. Gol. ex Mar.*; Divaricavit pedes *in incessu c.* في *r.* VI Divortium fecerunt, dissolutis matrimonii pactis *coniuges* (*conf.* خَلَعَ); Foedus inter se ruperunt. VII Extractus fuit; *inde dicitur* انخلع من ملكه; Distortum, laxatum fuit *membrum*; Extractus, eradicatus fuit. *Gol. ex Mar.* VIII Dimissa fuit *uxor* a marito, dum ipsa marito donum dederat (*conf.* خَلَعَ); Opibus spoliarunt *aliquem c. a. p.*

خَلْعٌ Carnes cum rebus aromaticis coctae in loculo ex cute facto, *aut* siccatae carnes, quae assantur et cum iusculo suo in loculum ex cute factum inditae commeatui itineris inserviunt.

خَالِعٌ Divortium faciens (*tam de uxore quam de marito*); Foedere pactove iunctus; Distortio suffraginis عرقوب appellatae *in camelo*; Qui, si vir prominentiori coxae prope caudam parti insidet, propter tendinum debilitatem assilire non potest *camelus*; Plene maturus *de dactylis recentibus*; Quae maturuit *de dactylis immaturis iam adultis. Dicitur* بسر خالع *et* رطب خالع; Arida et caduca fragilisque *arbor*; *et contr.* Perpetuo frondescens (*de arbore* عضاه *appellata*).

خُلَاعٌ Affectio epilepsiae similis.

خِلْعَةٌ Vestimentum, *tum* vestimentum quo a principe aliquis honoris causa donatur (*interdum cum hoc vestimento arma et equus coniuncta sunt*); Melior pars opum.

خُلْعَةٌ (*nomen*) Divortium, quod fit desiderante uxore dum ipsa vel alius quis marito donum offert (*etsi haec res divortii nomen habeat, ex Alschafeii sententia re vera divortium non est*); Melior et selectior pars opum; *tum quoque* Vestimentum.

خَوْلَعٌ Metus et terror sine causa animum occupans et velut a daemone immissus; Lupus; Daemonis genus, quod غول vocant; Aleator fortuna semper adiutus ita ut caeteros vincat; *item* Solers viae dux; Improbus et multum peccans *iuvenis*; Fatuus.

خَيْلَعٌ Metus et terror sine causa animum occupans et velut a daemone immissus; Lupus; Daemonis genus, quod غول vocant; Indusium seu interula manicis carens.

خَلِيعٌ *Pl.* خُلَعَاءُ Relictus et abdicatus a suis (*iuvenis*); *tum* Improbus. خليع العذار Pro lubitu agens et nil curans; Venator; Lupus; Daemonis genus, quod غول vocant; Trita *vestis*; *et* Deterior in ludo *sors*; Aleator, qui pignore dato ludit; Lusor, qui omnia sua bona ludendo perdidit *Reisk.*; *F.* ة Vafer, scelestus.

خَلَاعَةٌ Vita dissoluta. *Inde dicitur* اهل الخلاعة Ii, qui vitam dissolutam agunt.

تَخْلِيعٌ Incessus eius, qui inter se distantes nates habet (المخلّع الاليتين). *Dicitur* يمشى التخليعَ; *tum* Mutatio pedis مستفعلن metri بسيط in utroque hemistichio, ut مفعولن fiat.

مُخَلَّعٌ Qui inter se distantes habet *nates. Ita* (ad metrum بسيط appellatum pertinens) mutatus *versus*, ut tam in priore, quam in posteriore hemistichio pes مستفعلن — — ◡ — factus sit مفعولن — — —, *nominatur*; Debilis et mollis *vir*; Imbecillis animo, ut a daemone obsessus videatur.

مَخْلُوعٌ Repudiatus et relictus a suis *iuvenis*.

مُخْتَلِعَةٌ Libidine venerea ardens (*mulier*).

خَلَعْلَعٌ Hyaena.

خَلَفَ *n. a.* خِلَافَةٌ *et* خِلِّيفَى Pone fuit; Successor alicuius fuit *c. a. p.* خَلَفَ عن اصحابه Reliquit socios suos, retromansit. خلف عن ابيه Patrem suum non assecutus est, par ei non fuit. خلف اباه Post patrem suum fuit *vel* vicarius patris sui fuit. خلف الفاكهة بعضها بعضا Fructus unus alterum secutus est. خلفه في قومه Successit illi ut familiae seu populi caput. *Dicitur* خلف الله عليك *ut* خلف الله عليك بخير *et* خلف الله عليك خيرا Deus tibi vicem impleat eius quem amisisti (*hoc vero loquendi modo utuntur in rebus, quarum iactura nulla alia re rependitur, ut patris mortui*; *in opibus autem caeterisque rebus utuntur verbis* خلف الله لك. *Sunt autem, qui dicant verba* خلف الله عليك *in opibus caeterisque rebus posse adhiberi. Futurum licitum quidem esse* يَخْلُفُ, *quamvis raro adhibeatur*); 2) A tergo cepit *aliquem c. a. p.*; 3) Fugit; 4) In posteriore tentorii parte posuit fulcrum خالفة appellatum *c. a. tent.*; 5) *n. a.* خَلْفَةٌ Resarsit (*vestem*), parti detritae aliam substituens *c. a.*; *et* Restituit rem amissam. *Ita dicunt* خلف عليها Post mortem mariti eam in matrimonium duxit; 6) *n. a.* خَلْفٌ Hausit aquam *c. a.*; 7) *n. a.*

خُلُوف , خَلافة Stupidus fuit; 8) *n. a.* خُلُوف , خُلُوفة Pravum odorem emisit *os ieiunantis*; Corruptum fuit, ut odor vel sapor eius mutaretur (*lac, cibus*); Vitio depravatus corruptusque fuit (*homo*); 9) Adscendit montem.

b) خَلِفَ 1) Declinavit in latus armo distortus (*camelus*); 2) Praegnans fuit (*camela*); 3) *n. a.* خَلَف Scaeva fuit; Luscus fuit. II *n. a.* تَخْليف Retro et post se reliquit *sarcinas c. a. r.*; Constrinxit filo unam (*camelae*) papillam, ne ex ea lac elici posset *c.* ب; Creavit *aliquem* successorem suum *c. a. p.* III *n. a.* خِلاف , مُخالَفة Adversatus fuit, dissensit, contradixit, repugnavit, rebellavit *c. a. et c.* على *p. et* فى *r.*; Accessit (*mulierem*) absente coniuge *c. a. p.* خالف فلانة الى موضع اخر Quandam coegit, ut absente coniuge locum mutaret. خالفنى الى المكان Me absente ad locum istum ivit. *Calil. p.* 130 *ed. de Sacy.* IV Resarsit *vestem*, parti detritae aliam substituens, instauravit, utque pro alia re esset, effecit *c. a. r.*; Hausit aquam *alicui c.* ل *p.*; Pravum odorem emisit *os ieiunantis*; Corruptum fuit, ut odor vel sapor eius mutaretur (*lac etc.*); Vitio depravatus corruptusque fuit (*homo*). *Formula* اخلف الله لك خيرا *et* اخلف الله عليك خيرا Deus tibi vicem amissi impleat, *utuntur in rebus, quarum iactura rependi non potest*; *at formula* اخلف الله لك *et* اخلف الله عليك *in opibus caeterisque rebus, quae rependi possunt. conf.* خَلَف. اخلف فلان لنفسه Quidam amissa re alteram in amissae locum sumsit. اخلف النبات Germina nova produxit planta. Manum porrexit admovitque gladio ad stringendum; Cingulum a cameli praeputio retrorsum abduxit, ne ab eo laedi posset, aut inhiberi urina *c.* عن *cameli* (*non in camela adhibetur*); Promissis non stetit *c. a. r.*, *et quoque c. d. a.*; *ita dicitur* اخلفنى موعده; *et contr.* Invenit *alicuius* promissa falsa *c. a. p.*; *et dicitur* أَخْلَفتُ موعد فلان *Citab Aladhdad.* *Dicitur* أَخْلَفت النجوم *prop.* Sidera promissis non steterunt, quum pluvia deficiente sterilis esset annus. (*Hic loquendi modus ante Muhammedem erat usitatus.*) Post se retrudit *aliquem c. a. p.*; Reddidit tibi Deus, quod perdidisti *c.* على *p.*; Accepit plumas post primas plumas abiectas (*avis*); Tempori pubertatis appropinquavit (*puer*); Debilitavit *aliquem medicina c. a. p.*; Iterum adduxit admissarium ad camelam, quum prima vice non conceperit; Hausit aquam *alicui c.* ل *p.* V Retro mansit *c.* عن *p.*, retro relictus fuit. VI Adversati sunt invicem ac repugnarunt. VIII Diversus variusque fuit, non convenit, dissensit *c.* فى *r.*, discordavit; Propter ventris fluxiones ultro citroque ivit *ad latrinam c.* الى *l.*; Fuit vicarius, successor *alicui c. a. p.*; Eminus observavit amicum suum et quum abiisset, ivit ad coniugem *eius c. a. p.* اختلفا الليل والنهار Nox et dies unus alterum sequitur; Intricatus fuit. *Gol. ex Mar.* X Vicarium aut successorem creavit *aliquem c. a. p.*, *et* ipse talis esse voluit; Successit; Hausit aquam *c.* ل *p.* *Djeuh.*

خَلْف 1) Pone. جلس خَلْفَهُ Sedit pone eum. من خَلْف A tergo; 2) Post (*de tempore*); *ut* لبث خلفه Cunctatus est quum is abiisset.

خُلْف Extremitas securis, eius caput. *Inde dicitur* فاس ذات الخلفين Securis duplici capite praedita. Is, in quo nullum bonum est; Omne id quod malum est tam in dictis quam in factis. *Prov. locut.* سكت أَلْفا ونطق خُلْفا Mille verba non dixit, tum protulit pravum sermonem. *Pl.* خُلُوف Is qui e tribu praesens est; *et contra* Omnis qui e tribu abiit; Securis magna, *vel* securis uno capite praedita; Caput cultri tonsorii; Progenies. *Plur.* خُلُوف Costa brevissima in latere; Locus in quo comminentur cameli (مربد), *vel* Locus pone domum; Tritus (*de utre coriaceo, cui lac inditur*); Quod pone est, pars posterior, *et* Post veniens, succedens *tempus tempori, populus populo.* *Dicitur* هو خلف سوء من ابيه; *et* هولاء خلف سوء *et* هو خلف سوء. *Pl.* خُلُوف Posteri.

خِلْف Diversus. *Duae res diversae appellantur* خِلْفَان *ut in his* له عَبْدان خِلْفَان Ei sunt duo servi, quorum unus longus alter brevis, *vel* quorum unus niger alter albus est. Rixosus; *nom.* Haustus (*das Schöpfen*); Aestatis tempore crescens *herba* *Pl.* أَخْلاف Costa parva ventri contigua; *item Pl.* أَخْلاف Papilla uberis camelini quam mulgens digitis tenet, *vel* uberis extremum *vel* uberis posterior pars, *vel* uber cameli (*ut voce* ضرع *in ove utuntur*). *Tum dicitur* ولدت الشاة خلفين Uno anno ovis peperit marem, altero feminam. ذات الخلفين *Pl.* ذوات الخلفين Securis duobus capitibus praedita.

خُلُف *nom. Pl.* أَخْلاف Quod contrarium est repugnatque promissis (*respondet hoc in rebus futuris voci* كذب *in praeteritis*); *tum* Discordia.

خَلَف Qui post venit, successor; *sic dicunt* هو خلف صدق من ابيه Successor verus est patris, eiusque tenet locum; Egregius, probus filius (*vocali distinguitur haec vox a*

خَلْف pravus filius; *sed interdum unum loco alterius adhibent; sunt tamen, qui utrumque idem significare contendant.)* *Dicitur* بقى منه خلف. *Tum* Quod loco alicuius rei datur; *inde dicitur* اعطاك الله خلفا عن تلف.

خَلِف *Coll. nom. unit. c.* ة Praegnantes *de camelis.*

خَالِف Stultus; Vinum dactylorum corruptum; Is, qui pone aliquem sedet; *ita in his Corani verbis* فاقعدوا مع الخالفين; Postica seu posterior pars. *Gol. ex Mar.* خالف اهل بيته Postremus domesticorum aut familiae, *i. e.* in quo nihil est boni; Qui haurit aquam; Contrarietas, dissensio.

خِلَاف Contrarium. من غير خلاف Sine controversia. من خلاف Ex diversis et contrariis lateribus. *Cor. Sur. V,* 37. *VII,* 121. خِلَافَهُم Post eos. *Diw. Huds.* على خلاف ما عهد Ei contrarium quod fieri solebat. خِلَافَ Contra promissum, repugnanter *c. genit.*; Manica tunicae (قميص); Salix arbor (*vitium erit, si* خَلَاف *enuncias*).

خَلْفَة Defectus appetitus propter morbum.

خِلْفَة Contrarietas, dissensio (*in natura hominis*); Quod ferae modo a facie modo a tergo veniunt; Diversus, discordans; Panniculus, quo resarcitur; Lora pone equitem appensa in iumento, quorum ope res alligantur; Quos emittit arbor initio frigoris flores, *vel* Fructus arboris prodientes post fructus, *vel* Folia sub foliis nascentia; Uvae, quas vitis fert, postquam uvae maturae resectae sunt (*maturis enim resectis illae, quae iam virides remanserant, ad maturitatem pervenerunt*), *et* eiusmodi fructus omnis, *vel* quod denuo vitis omphaces profert; Quod unus alteri opem fert et absentis partes agit; Iumenta colore aut forma diversa; Cibi inter dentes remanentis partes; Recidivus morbus; Tempus post tempus; Planta, quae progerminat post plantam, *vel* quae non ob pluviam sed ob frigus posterioris partis noctis progerminat. *Singul. et Pl. Masc. et fem. Dual.* خِلْفَتَان (*Plural. quoque est* أَخْلَاف) Diversus. *Dicitur* له ولدان خلفتان Illi sunt duo filii, quorum unus longus alter brevis, vel unus niger, alter albus est; *eodem modo quoque dicitur* له امتان خلفتان; Duo colores coniuncti *appellantur* خلفتان. خلفة الابل Quod vespere aquatum camelos ducis, quum homines abierint. أَخَذَتْهُ خِلْفَة Multum ultro citroque ivit ad latrinam; *item* Res post aliam consequens, *aut* diversitas, *ut in his Corani* جعل الليل والنهار خِلْفَة (*sed dubitatur, num vox* خلفة *nomen an nomen actionis sit*); Diversa gens sive sit externa forma et habitu sive consilio; Dissensio. *Dicitur* بينهم خلفة. Diversi generis turba: partim mares partim feminae. يمشين خِلْفَة Hae veniunt, abeunt illae. Seges ex seminibus ut tritici hordeique progerminans; Alvi fluxus, quo varii excernuntur humores. *Razi p.* 180; Praegnans camela. *Gol. ex Meid.. de pluribus interpretatur Mar.*; Haustus (*das Schöpfen*). من اين خلفتك Unde hauritis aquam?

خَلِفَة *Fem. sc.* Contrarium facientes, repugnantes, adversantes, post alios venientes et consequentes. *Gol.*

خُلْفَة Dissensio, adversatio (*sed usitatius est* خِلْفَة); Vitium; Stupiditas; Desipientia. *Dicitur* به خلفة من الهرم. *Pl.* خُلَف Sapor, qui post cibum sumtum remanet. *Dicitur* اكلت الطعام وبقيت خلفة منه فى فى.

خُلُوف (*nempe Pl. a.* خَلْف *quod vide*). حى خلوف Arabes absentes a sua mansione, qui inde abierunt ut nullus supersit, *ut in hoc versu a Djeuhario citato* اصبح البيت بيت ال بيان مقشعرا والحى حى خلوف; *et contr.* Praesentes postquam abfuerunt retrove manserunt. *Djeuh.*

خَلِيف *Pl.* خَلَف, خُلُف Sagitta multum acuta; In medio fissa, cuius extremitates duae iunguntur *vestis*; Camela secundo die postquam enixa est. *Dicitur* ركبها يوم خليفها Lac, quod post colostrum mulctum; *et* Contortus, convolutus; Via inter duos montes, *vel* vallis inter duos montes; *inde dicitur* ذِيبُ الخليف (*ut dicitur* ذيب غضا) *quia in tali via lupus vehementior et rapacior est*; *tum* Angustus in tali via locus, per quem aqua cum vehementia fluit; Omnis via per montes; *tum general.* Via *Kam.*; Via pone montem, vel pone vallem. *Diw. Huds*; Mulier, quae deorsum demittit comam suam. خليفا الناقة Partes axillis inferiores in camela (*Djeuharius, qui Abu-Ohbaidam secutus* ipsas axillas *hanc vocem significare dixit, a Kamusi auctore vituperatur*); Magna res.

خَالِفَة Multum contrarius, dissentiens *vir*; Contrarietas, dissensio; (*cum* ة *augmenti*) Postremus suorum, in quo nihil est boni. هو خَالِفَةُ أَهْلِ بَيْتِهِ Ille non praestans

est; Malus, perversus. *Gol. ex Mar.*; Stultus; Populus restans post populum antecedentem; Contrarietas. ما ادرى اىّ خَالِفَةٍ هو Nescio quis homo sit (*est declinabilis vox et indeclinabilis*); *et ut Fem.* Multum immorigera (*mulier*) *Gol. ex Mar.*; *item* Fulcrum tentorii, sive rotundi, sive oblongi in postrema eius parte.

خَلَاقَةٌ Stupiditas, desipientia.

خِلَافَةٌ Vicariatus, successio; Imperium, eiusve dignitas et administratio.

خِلْفْنَةٌ *gen. comm. et Sing. et Plur.* Multum contrarius, dissentiens (*vir*); Vehemens contrarietas, dissensio. *Dicitur* فى خلقه خلفنة.

خَوَالِفُ (*Pl. vocis* خَالِفَةٌ) Mulieres, *ut in his Corani verbis* رضوا بان يكونوا مع الخوالف; *tum* Terrae quae post caeteras omnes herbas producunt. ما ادرى اىّ الخَوَالِفِ هو Nescio, quis homo sit.

خَلِيفَةٌ (*Haec vox ex voce* خليف *orta, cui littera* ة, *ut significationis vis augeatur, addita est, et hanc ob causam pluralem* خُلَفَاءُ *formant et dicunt* ثَلَاثَةُ خلفاء, *non* ثلث خلفاء; *sed qui a voce* خليفة, *litterae* ة *rationem habentes, formant pluralem* خَلَايِفُ, *dicunt duplici modo aut* ثلثة خلايف *ut masculini, aut* ثلث خلايف *ut feminini.*) Successor, vicarius. كان الله خليفة والدك Sit Deus pro patre tuo: *consolationis formula*; *tum* Imperator, rex magnus, *vulgo* Chalifa. *Mortuo enim Mohammede eius successor Abu-Becrus nomen* خليفة رسول الله *accepit. Ohmarum regnantem primo appellarunt* خليفة خليفة رسول الله Successor successoris legati Dei. *Sed quum viderent, hoc nomen fore in posterum nimis longum, quia semper denuo addenda esset vox* خليفة, *hoc nomine abiecto sequentes imperatores nomine* امير المومنين Princeps fidelium *appellabant. Nihilominus tamen nomen* خليفة *regi magno dabant.*

خِلْفْنَاةٌ *gen. comm. Sing. et Plur.* Multum dissentiens, contrarius *vir*; Vehemens contrarietas, dissensio. *Dicitur* فى خلقه خلفناة.

خِلِّيفَةٌ Multum contrarius, dissentiens (*vir*).

خِلِّيفَى *n. a.* Vicarium esse.

خَلْفَانِىٌّ Retrorsum incedens. *Gen. IX, 27.*

الخِلَافِيَات Res, de quibus a viris doctis contrariae feruntur sententiae. *conf. Viri ill. de Sacy anthol. gramm. p.* 473.

أَخْلَفُ Declinans in latus ob humeri distorsionem (*camelus*); Scaeva; Luscus; Pauca prudentia praeditus; Fatuus; Fluxus aquae; Serpens mas; *item* Magis forma diversus a patre et matre; *et* Magis fallax.

اخْتِلَاف Diversitas; *nempe* اختلاف الدارين Diversitas domiciliorum. *Est una ex quatuor causis cur unus alterius haeres esse non possit. Quomodo res se habeat, vid. in libro* الشريفية فى شرح السراجية *p.* 17.

مَخْلَفٌ Viae apud Minam, in quibus homines transeunt.

مُخْلِفٌ *comm. gen.* Qui octavum vel nonum annum, quo tempore بازل appellatur, transgressus est (camelus). *Tum quoque* مخلفة *de* camela hanc aetatem transgressa *adhibent*, *aut* ea est, quae praegnans esse videbatur, tum spem fefellit. *Inde dicitur* مخلف عام, مخلف عامَيْن Camelus, qui uno, duobus, *et* مخلف ثلثة اعوام qui annis tribus a decennio abest; *item* مخلف Irrigans, *vel contr.* non pluens (*nubes*). مخلف متلف Strenuus et liberalis (*nisi sit potius* مُخَلِّف متَلِّف *enunciandum*).

مِخْلَافٌ Multum contrarius suis promissis *vir*. *Pl.* مخاليف *Arabiae felicis idiomate* Regio, seu pagus, in quales Arabiae illa pars erat distributa (*uti* رُسْتَاقٌ *regio in quales Persia dividitur*). *conf. Johannsen hist. Jemanae p.* 34 *sqq.* مخلاف متلاف Strenuus, liberalis.

مَخْلُوفٌ Cuius medium detritum et abiectum est *vestis*, ut eius extremae partes consuerentur. *Diw. Huds.*

مُخْتَلِفٌ Diversus, varius.

مَخْلَفَةٌ Locus ubi commoratur *gens. Diw. Huds.* Locus, quo salices sunt; Diversorium; *inde* مخلفة منى Diversorium Minae *i. e.* Locus, ubi homines apud Minam divertuntur; Via.

مُخَالَفَةٌ Quod aliquis usus est forma, quae a regulis usitatis abhorret *ex. gr.* الاجلل *pro* الاجلّ.

مُسْتَخْلِفٌ Aquarius, pocillator.

خُلْفُفٌ *gen. comm.*, *tum quoque fem.* خُلْفُفَةٌ Stupidus.

امُّ الخُلْفُفِ *et* الخُلْفُف Infortunium *vel* Infortunium maximum.

خَلَقَ *F. o. n. a.* خَلْقٌ 1) Quantitate sua *rem* et mensura definivit *c. a. r.*; *tum* 2) *n. a.* خَلْقٌ, خَلْقَةٌ Demetitus est et consuit *stratum*, *corium c. a. r.*; *vel* Demetitus est et definivit antequam in partes dissecaretur illud (*quum vero dissecuit*, *dicitur* فراه), *ut in hoc Soheiri versu* ولانت تفرى ما خلقت وبعض القوم يخلق ثم لا يفرى; 3) Laevigavit, aequabilem reddidit *lignum c. a. r.*; *inde* 4) Procreavit *rem c. a. r.*; 5) Finxit, excogitavit *mendacium c. a. r.*; 6) Disposuit, ordinavit *sermonem c. a. r.*; 7) Falso attribuit *carmen alicui*, qui eius auctor non erat. *Gol. ex Mar.*; 8) Trita fuit *vestis*. b) خَلِقَ 1) Aequabile et laeve fuit *lignum*; 2) *n. a.* خَلَقٌ Trita fuit *vestis*. c) خَلُقَ 1) Aequabile, laeve fuit *lignum*; 2) Aptus, conveniens fuit; 3) *n. a.* خَلَاقَةٌ Pulchra indole praedita fuit *mulier*; 4) *n. a.* خُلُوقَةٌ Trita fuit *vestis*. II *n. a.* تَخْلِيقٌ Aequabilem laevemque effecit, laevigavit *lignum*; Bene efformavit, creavit *c. a. r.*; Imbuit odoramento quod خلوق dicitur *c. a. p.* III Bonam naturam indolemve *erga alium* commonstravit *c. a. p.* IV Trita fuit *vestis*; *et Trans.* Trivit *eam c. a. r.*; Laevem reddidit, *ut* اخلقت وجهك quod petenti, roganti dicitur *et* اخلق له ديباجتى; *item* Induit trita veste *aliquem c. a. p.* V Finxit, excogitavit (*mendacium*) *c. a. r.*; Assumsit aut prae se tulit *naturam indolemve alterius c.* ب: *dicitur* تخلق بغير خلقه; Odoramento خلوق appellato imbutus fuit. VIII Conveniens, aptus fuit *c.* ب; Finxit et excogitavit *mendacium c. a.*; Bene commenso corpore, et plene perfecteque formatus, creatusve fuit *Gol. ex Mar.*; Efformatus *ad alienos mores* fuit *c.* ب. *Gol. ex Hist. Sar.* XII اخْلَوْلَقَ Aequabilis, laevis fuit; Trita fuit *vestis*; Aequabilis fuit *nubes*, et apta ad pluviam effundendam; Solo aequale, ut nullum amplius vestigium exstans remaneret, fuit *habitaculi signum*; Glabri et laeves fuerunt *lumbi in equo*.

خَلْقٌ *propr. nom. act. Coll.* Res creatae, creaturae, *pecul.* homines, populus; Laevitas ut in petra ruptura, fissura non sit.

خِلْقٌ Forma a natura indita.

خُلْقٌ Quod natura insitum est, natura, indoles, *inprimis* praestantior; *tum* Fortitudo; Religio. نومة الخلق Somnus meridiei tempore.

خَلَقٌ *comm. gen. Pl.* خُلْقَانٌ Trita (*vestis*); *metaph.* Senectus; Homines.

خَلِقٌ Creans, efformans, parans. *Gol. ex Mar.*; Qui bonae est indolis. *Gol. ex Meid.*; In qua sunt pluviae vestigia (*nubes*).

خُلُقٌ Natura, indoles.

خَالِقٌ Qui coria et his similia parat; Creator, *cum artic.* *nomen Dei*.

خَلَاقٌ Portio plena boni et felicitatis.

خِلَاقٌ Nomen odoramenti Arabibus peculiaris, in quo multum croci est, ut flavum colorem habeat.

خُلَاقٌ *F.* ة Laevis. *Diw. Huds.*

خُلَّقٌ Cui unus tantum est meatus, ut coitum admittere non posset *mulier*.

خِلْقَةٌ *Pl.* خِلَقٌ Forma exterior a natura indita; *inde dicitur* كريم الخلقة.

خُلْقَةٌ Glabritas, laevitas.

خَلَقَةٌ Nubes cuius partes aequales sunt et quae pluviam portendit.

خَلُوقٌ Nomen odoramenti, Arabibus peculiaris, in quo multum croci est, ut flavum colorem habeat.

خَلِيقٌ *Pl.* خُلَقَاءُ *et* خُلُقٌ Aptus, idoneus, conveniens, dignus *c.* ل *r.*; In qua sunt signa pluviae (*nubes*).

خُلَيْقٌ *comm. gen.* Parum attritus *pannus*. *Dicitur* ملحفة خليق.

خَلَّاقٌ Bene creans formansve.

خَلَاقَةٌ (*et quoque nomen*) Glabritas, laevitas. *Dicitur* به خلاقة.

خُلَاقَةٌ *Pl.* خُلَاقَاتٌ Lapillus laevis.

خُلُوقَةٌ (*et quoque nomen*) Glabritas, laevitas. *Dicitur* به خلوقة.

خَوَالِقُ *Pl.* Montes glabri. *In hoc Lebidi versu*

والارض تحتهم مهادا راسيا
ثبتت خوالقها بصم الجندل

خَلِيقَةٌ *Pl.* خَلَايِقُ Natura, indoles: et quicquid a natura inditum; Creata res, creatura; Homines, *et* Bruta; *et*

quoque Creator. *Gol. ex Gl. Mar.*; Puteus tempore quo effoditur.

خُلَيْقَاءُ Interior pars *speluncae*; Aequabilis pars *frontis vel est* Extremitas inferior prominensque nasi equini, *quae in homine* عرنين *dicitur.*

أَخْلَقُ *Fem.* خَلْقَاءُ Laevis et aequabilis *petra.* Glabra et mollis arena, glarea, *et inde* Pauper; Magis aptus, idoneus (*a* خليق *comparativ.*); Fissurae omnis expers *ungula cameli, petra*; *Fem.* Quam inire non potest vir quum unus tantum ei meatus sit (*mulier*); *tum* خَلْقَاءُ Latus *in camelo aliisque*; *et dicitur* ضربت على خلقاء جنبه; *tum* Interior pars *speluncae*; Aequabilis pars *frontis.*

أَخْلَاقٌ Quae omnino est trita. *Dicitur* ثوبٌ أَخْلَاقٌ. (*Proprie est pluralis.*)

مُخْلَقٌ Trita vestis. *Gol. ex Mar.*

مُخَلَّقٌ *F.* ة Aequabilis et laevigata *sagitta* (قدح); Bene pleneque formatus.

مُخْتَلَقٌ Bene formatus et aequabili corpore praeditus; Factus aptusque *ad aliquid c.* ل. *conf. Hamas. p.* 561.

مَخْلَقَةٌ Res apta, conveniens *ad aliquid c.* ل. *Dicitur* هو مخلقة لذلك.

مَخْلُوقٌ *Fem.* ة Creatus; Falso attributum *alicui carmen.* المخلوقات Res creatae.

مُخْلَوْلِقٌ Multum glaber.

خَلْقِينٌ *Pl.* خَلَاقِينُ *Graec.* χαλκεῖον Ahenum. *Locm. fab. V. Pocock. not. misc. p.* 406.

خَلَمَ *n. a.* تَخْلِيمٌ Elegit, selegit *c. a.* III Amicitiam inivit, eaque coniunctus fuit *c. a. p.* VIII Elegit *rem c. a. r.*

خِلْمٌ *Pl.* خُلَمَاءُ *et* أَخْلَامٌ Amicus; socius; Latibulum dorcadis, *aut* locus ubi decumbit; Os; Adeps operiens intestina ovis.

خَالِمٌ Aequalis, ita ut pars una aliam non excedat.

ابلٌ خَلْمَةٌ Libere et abunde pascentes (*cameli*).

